SECVNDA
PARS
MANVALIS
THOMISTICARVM
Controuerſiarum.

Digitized by Google

Digitized by Google

SECVNDA
PARS
MANVALIS
TOMISTICARVM CONTROVERSIARVM
SEV
CONCLVSIONES,
IN QVIBVS
Probatur ſententiarum
S. THOMAE
SANCTÆ ECCLESIÆ
Doctoris Angelici
CONSTANTIA
STVDIO
Illuſtriſs.mi & Reuerendiſs.mi D. D.
FR. REGINALDI LVCARINI
Ordinis Prædicat. S. Theologiæ , & S. Olim Pal. Apoſt. Magiſtri Ciuitatis Plebis Epiſcopi.

ROMÆ, MDCLXVI.

Apud Succeſſores Virali Maſcardo. *Super. permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI

NE mireris Lector me poſt abſolutiſſimas doctiſſimorum Thomiſtarum editas S. Thomæ ſententiarum Concordantias, in eandem meſsem falcem mittere voluiſſe, nam boni conſule, & grato animo excipe, quæ in argumentum doctrinæ Thomiſticæ ſoliditatis, & ſententiarum conſtantiæ ſpecimina collegi; non enim omnia, ſed crebriora expone-

re

Digitized by Google

re volui, vt huius ſcholæ candida-
tis traderem, quæ illicò reſponde-
rent opponentibus eas S. Doctoris
ſententiarum contradictiones, quæ
frequentiùs obtruduntur. Hic e-
nim eſt Manualis huius mei finis
intentus, vt in Præfatione præ-
cedentis partis indicatum eſt.

VIDI

Digitized by Google

VIDI de mandato Reu. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt. Primam, & Secundam partem Manualis Controuerſiarum Thomiſticarum, ſeu de Veritate Doctrinæ Angelici Præceptoris D. Thomæ, Auctore Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Fr. Reginaldo Lucarini Epiſcopo Ciuitatis della Pieue; Cumque nil repererim ſacris documentis, & probris moribus contrarium, per grata præterea mihi fuit totius operis lectio, ac inſpectio, eademque viſa eſt futura, & perutilis, & prædulcis cunctis ſolidæ, profundæ, ſubtilis doctrinæ ſtudioſis, & ad pulcherrimam veritatis, veræque ſapientiæ faciem (qui ſunt legitimi characteres operum Angelici Præceptoris) ſyncero affectu ardenter intentis. Quia doctiſſimus Præſul, idemque magni Magiſtri magnus diſcipulus ſumma cum diligentia, & pari cum perſpicacia enubilat dilucidè, tueturque validiſſime ſententias, & apices ſententiarum D. Thomæ vbicunque, *l*, abſtruſæ, *l*, ancipites, & quoquomodo difficiles alioquin videri vel maximè poſſent. Id inſuper eſt in hoc opere inſigni laude, & multa gratiarum actione digniſſimum, quod in re ex ſe contentioſa, & obnoxia amaritudini vindicijs vniuerſim agnatæ, agit nihilominus Author pacatè ſem-

per,

Digitized by Google

per, & placidè, modeſtiæ religioſæ, & grauitatis Epiſcopalis retinentiſſimus vbique. Expedit itaque, vt quam primum typis mandetur in publicam vtilitatem vtiliſſimum iſtud, omnibuſque laudum titulis illuſtre opus Datum in Collegio Romano Societatis Ieſu 29. Decembris 1665.

Martinus de Eſparza
Societatis Ieſu.

Im-

Digitized by Google

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſsimo Patri Mag. Sac. Pal. Apoſt.

O. Archiep. Patracen. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Libellus Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter.

Digitized by Google

INDEX CONCLVSIONVM,

IN QVIBVS

Probatur ſententiarum S. Thomæ Doctoris Angelici

Conſtantia.

I

1 *DEVS eſt ſubiectum Theologiæ.*

2 *Ens diuinum cognoſcibile per inſpirationem eſt ſubiectum Theologiæ.*

No,

II

1 *Nomen Verbi principalitèr eſt impoſitum ad ſignificandum relationem.*

2 *Nomen Verbi principalitèr impoſitum eſt ad ſignificandum abſolutum.*

III

1 *Creaturæ communicari poteſt potentia creandi.*

2 *Creaturæ cõmunicari non poteſt potentia creandi.*

IV

1 *Mundus potuit eſſe ab æterno.*

2 *Nihil poteſt præter Deum ab æterno fuiſſe.*

V

1 *Aliquis motus Angeli eſt continuus.*

2 *Motus Angeli non eſt continuus.*

Digitized by Google

VI

1 *Omnes Angeli à principio cognouerunt Chriſti Incarnationem, Paſſionem, & huiuſmodi.*

2 *Angeli à principio non ſciuerunt Chriſtum futurum humani generis redemptorem, paſſibilem, mortalem &c.*

VII

1 *Angeli in ſtatu beatitudinis mereri poſſunt præmium accidentale.*

2 *Angeli in ſtatu beatitudinis mereri non poſſunt nec quidem merito accidentali.*

VIII

1 *Ante diem Iudicij Beati mereri poſſunt præmium accidentale, & Damnati demereri reſpectu pœnæ accidentalis.*

2 *In Beatis bona non ſunt meritoria, &*

ſi-

Digitized by Google

ſimilitèr mala in Damnatis non ſunt demeritoria.

IX

1 *Cœlum Empyreum nullam habet influentiam ſuper alia corpora.*

2 *Probabilius eſt Cœlum Empyreum habere influentiam ſuper Corpora, quæ mouentur.*

X

1 *Panes Io:6. multiplicati fuerunt à Chriſto per additionem nouæ materiæ.*

2 *Panes Io: 6 probabiliùs dicitur multiplicatos fuiſſe per materiæ nouam creationem.*

XI

1 *Adam cognouit futura contingentia; cogitationes cordium &c.*

2 *Adam non cognouit cogitationes hominum, futura contingentia &c.*

In

Digitized by Google

XII

1 *In ſtatu Innocentiæ futura erat generatio ſalua Virginitate.*

2 *In ſtatu Innocentiæ ſolueretur in generatione integritas Carnis.*

XIII

1 *Ex multiplicatis actibus ex habitu infuſo non generatur habitus.*

2 *Ex multiplicatis actibus ex habitu infuſo generatur habitus.*

XIV

1 *Omnia peccata mala quia prohibita, ſunt paria.*

2 *Peccata mala quia prohibita non ſunt paria.*

XV

1 *Peccata proximorum Parentum, vel etiam primi Parentis, præter primum, per originem nō traducerentur.*

Si

Digitized by Google

2 *Si aliquis ex poſteris Adæ peccaſſet, eo non peccante, ipſe moreretur propter ſuum peccatum actuale, ſed poſteri eius morerentur propter peccatum originale.*

XVI

1 *Decedentes cum ſolo originali nullam patiuntur pœnam ſenſus, vel animæ afflictionem.*

2 *Decedentes cum ſolo originali patiuntur aliquam pœnam ſenſus, vel animæ afflictionem.*

XVII

1 *Pœna, quæ debetur remiſſa culpa, poteſt ſolui ſine gratia.*

2 *Pœna, quæ debetur remiſſa culpa, non remittitur ſine gratia.*

XVIII

1 *Regimen vnius non eſt optimum:*

Digitized by Google

2 *Regnum eſt optimum regimen populi.*

XIX

1 *Nullus poteſt ſibi mereri reparationem poſt lapſum futurum, neque merito condigni, neque merito congrui.*
2 *Poteſt homo mereri de congruo prædictam reparationem.*

XX

1 *Articulus fidei eſt veritas, quæ arctat nos ad credendum.*
2 *Quod habet ſpecialem difficultatem in fide, & cuius ſuppoſitio non dependet ab alio ſuppoſito, eſt Articulus fidei.*

XXI

1 *Ratio ſpeculatiua perficitur per intellectum, practica verò per conſilium.*
2 *Intellectus non ſolum ſe habet circa ſpeculanda, ſed etiam circa operanda.*

Chri-

Digitized by Google

XXII

1 *Chriſtus inquantum homo vouit vt ſe daret pro ſalute fidelium.*

2 *Chriſto ſecundum quod eſt homo non competit vouere.*

XXIII

1 *In docendis liberalibus artibus committitur Simonia, ſi vendatur finis, qui ſpiritualis eſt.*

2 *Qui venderet veritatem grauitèr tantum peccaret.*

XXIV

1 *Contrahentes ſunt miniſtri Sacramenti Matrimonij.*

2 *Sacramentum Matrimonij Sacerdotis benedictione perficitur.*

XXV

1 *Qui peccat in die feſto non agit contra*

*** *præ-*

Digitized by Google

præceptum obſeruantiæ Sabbati.

2 *Magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die feſto, quàm qui aliud corporale opus licitum facit.*

XXVI

1 *Ebrietas ex ſuo genere non eſt peccatum mortale, ſed tantum per accidens.*

2 *Ebrietas ſecundum ſuam rationem habet quod ſit peccatum mortale.*

XXVII

1 *Prophetia importat quandam obſcuritatem.*

2 *De ratione Prophetiæ non eſt ænigmatica cognitio.*

XXVIII

1 *Poſſet miraculosè fieri quod diuina virtute aliquis intellectus creatus, non habens niſi diſpoſitionem, eleuetur ad videndum Deum.*

Di-

Digitized by Google

2 *Diuina eſſentia videri ab intellectu creato non poteſt niſi per lumen gloriæ.*

XXIX

1 *Qui profitetur Regulam, non vouet ſeruare omnia, quæ ſunt in Regula.*

2 *Qui profitetur Regulam, vouet ſeruare omnia quæ ſunt in Regula.*

XXX

1 *Si vna perſona diuina aſſumeret duas humanitates, dicenda eſſet duo homines.*

2 *Si vna perſona diuina aſſumeret duas humanitates, dicenda eſſet vnus homo.*

XXXI

1 *Poſſibile fuiſſet Verbum aſſumere perſonam; dummodò natura per aſſumptionem propria perſonalitate priuaretur.*

2 *Impoſſibile fuiſſet quod Verbum aſſumeret in unitatem perſonæ aliquem hominem præexiſtentem.*

XXXII

1 *In natura aſſumpta à Verbo gratia habitualis fuit medium congruitatis.*

2 *In natura aſſumpta à Verbo gratia habitualis non fuit medium nec quidem congruitatis.*

XXXIII

1 *Peccatores fideles non ſunt membra Eccleſiæ niſi æquiuocè.*

2 *Peccatores fideles non ſunt membra Eccleſiæ actualitèr.*

XXXIV

1 *Scientia acquiſita non fuit diſtinctus habitus à ſcientia infuſa in anima Chriſti Domini.*

2 *Scientia acquiſita fuit diſtinctus habitus*

à

Digitized by Google

à ſcientia infuſa in anima Chriſti Domini.

XXXV

1 *Chriſtus in Terris viuens non habuit poteſtatem regalem, temporalem.*

2 *Chriſtus erat Rex conſtitutus à Deo, ſed terrenum Regnum in Terris viuens non adminiſtrauit.*

XXXVI

1 *Chriſtus non eſt modò extra Empyreum, ſed in altiſſimam partem Cœli Empyrei aſcendit.*

2 *Chriſtus eſt modò extra totam continentiam Cœleſtium corporum.*

XXXVII

1 *Sacramenta nouæ legis non cauſant gratiam inſtrumentaliter, ſed diſpoſitiuè.*

2 *Sacramenta nouæ legis cauſant gratiam inſtrumentaliter.*

Cir-

Digitized by Google

XXXVIII

1 *Circunciſio dabat gratiam quantum ad effectus priuatiuos culpæ, & reatus, & quantum ad quoſdam poſitiuos &c. non tamen quantum ad omnes etc.*

2 *Circunciſio dabat gratiam quantum ad omnes effectus.*

XXXIX

1 *In Euchariſtiæ Sacramento nulla eſt deceptio.*

2 *In Euchariſtia Viſus, guſtus, tactus falluntur.*

XL

1 *Deus non poteſt ſeparare albedinem ab omni ſubiecto.*

2 *Deus poteſt ſeparare albedinem à ſubiecto.*

Pec-

Digitized by Google

XLI

1 *Peccatum Veniale impedit effectum Sacramenti Euchariſtiæ, ita quod aliquis augmentum gratiæ non conſequatur.*

2 *Peccatum Veniale non tollit augmentum habitualis gratiæ & charitatis.*

XLII

1 *De ordinatione Eccleſiæ homines obligantur ſumere Corpus Chriſti.*

2 *Homo tenetur hoc Sacramentum ſumere non ſolum ex ſtatuto Eccleſiæ, ſed ex mandato Domini.*

XLIII

1 *Confeſſio ordinatur directè ad remiſſionem pœnæ.*

2 *Hoc Sacramentum principalius inſtitutum eſt ad deletionem peccati mortalis.*

Sa-

Digitized by Google

XLIV

1 *Sacramentum Pœnitentiæ recipi poteſt informe.*

2 *Sacramentum Pœnitentiæ non poteſt eſſe informe.*

XLV

1 *Peccatum Veniale per Purgatorij pœnam expiatur.*

2 *Peccatum Veniale per Purgatorij pœnam non expiatur.*

In Prima Parte huius Manualis ſunt aliquæ Concluſiones, videlicet III. V. VI. VII. VIII. XI. XIII. XVI. XVIII. XIX. XXVI. XXXI. XXXIII. XLIV. XLVIII. in quibus S. Thomæ in ſuis ſententijs conſtantia pariter demonſtratur.

LAVS DEO.

Digitized by Google

SENTENTIARVM S. THOMAE CONSTANTIA

Ex Prima Parte Summæ.

I.

SENTENTIA.

1 *Deus eſt ſubiectum Theologiæ.*

RETRACTATIO.

2 *Ens diuinum cognoſcibile per inſpirationem eſt ſubiectum Theologiæ.*

CONSTANTIA.

1 PRIMA Parte q. 1. ar. 7. S. Tho. ait: *Deus eſt ſubiectum huius ſcientiæ*, ſcilicèt Theologiæ, ſed in p. art. 4. quæſtionis primæ Prologi ſequutus eſt aliam ſententiam, dum inquit: *poſſumus dicere quod ens diuinum cognoſcibile per inſpirationem, eſt ſubiectum huius ſcientiæ*, ſcilicèt, Theologiæ, & ad primum inquit: *Deus non eſt ſubiectum*: Vndè noſter Ioannes Gonzalez ibidem, & alij dixerunt S. Thomam pp. mutaſſe

ſententiam, quam in p. loc. cit. docuerat; ſed idem Gonzalez re melius inſpecta, dixit poſtea S. Thomam in prima Sent. non fuiſſe ex propria mente locutum, ſed innuere voluiſſe modum, quo tres opiniones, quas ibi recenſuerat, poſſent ad concordiam reduci; Prima opinio dicebat, ſigna, & res, ſeu totum Chriſtum, caput, ſcilicèt, & membra, eſſe ſubiectum Theologiæ, quia quicquid in hac ſcientia traditur, ad hoc reduci videtur. Secunda opinio dicebat Deum eſſe ſubiectum eiuſdem, quia in Theologia principalitèr attenditur cognitio Dei. Tertia opinio dicebat ſubiectum Theologiæ eſſe credibile, per quod differt à cœteris ſcientijs, ſeu opera reſtaurationis, quia ſcientia Theologiæ ad conſequendum reſtaurationis effectum ordinatur. Modò S. Tho. volens omnes iſtas opiniones conciliare, ſubiunxit: *Si autem volumus inuenire ſubiectum, quod hac omnia comprahendat: videlicèt, res, & ſigna, Chriſtum totum, caput, ſcilicèt, & membra, Deum, credibile, & opera reſtaurationis: poſſumus dicere, quod ens diuinum cognoſcibile per inſpirationem eſt ſubiectum huius ſcientiæ: Omnia enim, quæ in hac ſcientia conſiderantur, ſunt, aut Deus, aut ea, quæ ex Deo, & ad Deum ſunt, in quantum huiuſmodi:* ex quo modo loquendi S. Doctoris apparet ipſum ibi non loqui de proprio obiecto Theologiæ, ſed de obiecto materiali, ſcilicèt, de ijs omnibus, ad quæ ſe extendit Theologia; quæ omnia conueniunt in ente diuino cognoſcibili per reuelationem, inter quæ Deus, vt res quædam eſt, eſt primarium obiectum, ſubiectum verò adæquatum formale eſt, ſub cuius ratione omnia, quæ ſunt in ſcientia, conſiderantur, vt dixit S. Thom. in pr. loc. cit. ad pr. & p. p. q. 1. ar. 8. in corpore. Hoc verò ſubiectum eſt Deus, vt dixit in vtroque loco. Ergo S. Tho. idem ſemper docuit, ſed clariùs p. p. quia ibi loquebatur ex propria mente, & expreſsiùs de obiecto adæquato Theologiæ agebat.

2 Dices in primo ad primum loco cit. S. Thomas ait Deum

Deum eſſe ſubiectum principalitèr intentum, p. p. verò in corp. illius articuli dixit Deum eſſe ſubiectum adæquatum, ergo non perſiſtit in eadem ſententia.

3 Reſp. cum Gonzalez vbi ſupra in primo S.Thomam appellaſſe Deum obiectum principale, quod ibi importat idem, ac ſubiectum attributionis, nam, inquit, Deum eſſe ſubiectum principale, quia ſub eius ratione omnia, quæ in ſcientia ſunt, conſiderantur, ex quo dignoſcitur S. Tho. voluiſſe loqui de ſubiecto attributionis, cuius hæc eſt præfata deſcriptio, vt patet ex p. p. vndè ibi ſub hac eadem ratione Deum conſtituit ſubiectum adæquatum Theologiæ, quod etiam ex modo loquendi S. Doctoris exprimitur; nam tam in ſententijs, quam in p. p. dicit de Deo eſſe omnia, quæ in Theologia conſiderantur; In ſententijs ait: *hæc, vel ſunt Deus, aut ea, quæ ex Deo, & ad Deum ſunt*: in p. p. iterum inquit: *omnia pertractantur in Sacra doctrina ſub ratione Dei, vel quia ſunt ipſe Deus, vel quia habent ordinem ad Deum, vt ad principium, & finem*: Si ergo adæquatum Theologiæ ſubiectum eſt illud, ſub cuius ratione omnia conſiderantur in illa ſcientia, vt docet S. Tho. p.p. cit. & Deus eſt huiuſmodi, vt docet ibidem, & in ſententijs; Ergo ex mente S. Thomæ in ſent. & in p. p. Deus eſt ſubiectum adæquatum Theologiæ.

4 Hæc quæ diximus, confirmat S. Doctor opuſc. 72. quod eſt de Concordantijs, per hæc verba: *In primo igitur ſent. diximus ſubiectum poſſe ſic, vel ſic accipi, ſi quis hoc vellet. In Prima verò Parte Deum eſſe ſubiectum Theologiæ memorauimus, quod verum eſt; cum formalis ratio obiecti Theologiæ ſit à Deo, & tale verum eſt ſubiectum. Aliud verò, de his, quæ materialia ſunt, intelligi poteſt, non id dicendum eſſe ſubiectum, vel niſi forte per accidens; ſed quia reuerentia Doctorum, qui talia dixerunt, in aliquo derogare oderim.*

Digitized by Google

II.

SENTENTIA.

1 *Nomen Verbi principalitèr impoſitum eſt ad ſignificandum relationem.*

RETRACTATIO.

2 *Nomen Verbi principalitèr impoſitum eſt ad ſignificandum abſolutum.*

CONSTANTIA.

5 CAIETANVS Prima Parte ſuper q. 34. ar. 3. inquit: *in reſponſione ad quartum aduerte quod illis verbis nomen Verbi principalitèr impoſitum eſt ad ſignificandum relationem ad dicentem, iudicio meo retractat S. Thom. id, quod in qq. de Ver. q. 4. ar. 5. dixerat, ſcilicet, quod Verbi nomen principalitèr ſignificet abſolutum*: cum Caiet. idem ſentiunt quidam alij Thomiſtæ.

6 Verùm S. Doctor non indigebat retractare in p. p. cit. quod dixerat in q. illa de Verit. vt aduertit Bergom. in Concord. dub. 1160. & 1161. Vtrobique enim in eadem ſententia fuit; quod euidentèr apparebit, ſi eius dicta attentè perpendamus:

7 Pro

Digitized by Google

7 Pro quorum intelligentia ſupponendũ eſt ex S. Doct. illa q. 4. de Verit. ar. 2. & 1. diſt. 27. q. 2. ar. 2. hanc vocem *Verbum*, cum ſit ad placitum, ſignificare poſſe emanationem tantum ab intellectu, ſine reſpectu ad id, à quo emanat, & ſignificare poſſe diſtinctionem realem ab eo, cuius ſimilitudinem gerit. In diuinis ergo, ſi ſumatur Verbum præcisè pro re intellecta, cum in Deo eſsentia, intellectus, & res intellecta, ſint idem, nomen Verbi tunc erit impoſitum ad ſignificandum abſolutum, hoc eſt, eſſentiam diuinam cum reſpectu rationis. Si verò Verbum ſumatur pro eo, quod diſtinguitur à ſuo principio, cuius ſimilitudinem gerit, tunc impoſitum erit ad ſignificandum relationem, & perſonam diuinam cum reſpectu reali ad ſuum principium, à quo realitèr diſtinguitur.

8 Primam Verbi ſignificationem S. Tho. docuit eſſe communem, & quia illam oppoſuit ſignificationi propriæ, inſinuauit eſſe impropriam. Ita illa diſt. 27. & illa q. 4. de Verit. ar. 2. Alteram Verbi acceptionem docuit eſſe propriam, & nos illa magis, & tantum vti debere decreuit, quia vocibus vti debemus vt plures. Vox autem Verbi principalitèr impoſita eſt ad ſignificandam relationem, in qua ſignificatione vſi ſunt voce Verbi Sancti. Ita illa diſt 27. de Ver. q. 4. ar. 2. c. & 3. p. q. 34. ar. 3. ad quartum qua occaſione, adnotanda eſt proprietas egregia loquendi obſeruata à S. Tho. in ſuis ſententijs. Nam cum certum eſset vocem *Verbi* vſurpari poſse in acceptione impropria, ſeu communi, & in propria, ferè ſemper, cum Verbum perſonalitèr tantùm accipiendum eſse docet, addit hoc ad propriam eius acceptionem pertinere. Vndè 3. p. q. 34. ar. 3. c. inquit: *oportet quod nomen Verbi ſecundum quod propriè in diuinis accipitur, non ſumatur eſſentialitèr, ſed perſonalitèr tantum*: Et q. 9. de Pot. ar. 9. ad ſeptimum inquit: *Verbum in diuinis, non poteſt dici niſi perſonalitèr, ſi propriè accipiatur*.

9 Sunt igitur conſona dicta S. Thomæ, cum docuerit ſe-

ſecundùm communem, & impropriam ſignificationem, nomen *Verbi* accipi poſse vt impoſitum ad ſignificandum abſolutum, & ſecundùm propriam ſignificationem impoſitum eſse ad ſignificandum relationem, quæ vera ſunt, & ſibi optimè cohærent.

10 Nec iuuat Caietanum ad oppoſitum inducendum, locus, quem adduxit ex q. 4. de Verit. ar. 5. c. nam ibi non legitur illa ſententia cum illo ſincathegoremate, *principalitèr*, prout ab ipſo proponitur. Hec enim ſunt verba S. Thomæ: *Similitèr etiam hoc nomen Verbum imponitur ad ſignificandum aliquid abſolutum, cum aliquo reſpectu adiuncto; eſt enim idem Verbum, quòd ſapientia genita, vt dicit Auguſtinus*, & ſequitur immediatè: *nec ob hoc impeditur quin Verbum perſonalitèr dicatur, quia ſicut Pater perſonalitèr dicitur, ita & Deus generans, vel Deus genitus.*

11 Ex quibus verbis, maximè ſi etiam cum præcedentibus combinentur, clarè conſtat inferri, S. Doctorem non ſe retractaſse, nec ſibi fuiſse contrarium, ſed in ſua ſententia ſemper fuiſſe conſtantem; Nam dicendo, nomen *Verbi* impoſitum eſse ad ſignificandum aliquid abſolutum, ſe loqui declarauit de impoſitione ad ſignificandum communitèr, & impropriè, in propria verò ſignificatione voluiſse impoſitum eſse ad ſignificandum relationem, quod ſic oſtendo.

12 Cum ſupra S. Tho. docuiſset quædam impoſita fuiſse ad ſignificandum aliquid, ad quod ſequitur reſpectus, inquit: *ſicut hoc nomen, ſcientia, imponitur ad ſignificandum qualitatem quandam, quam ſequitur quidam reſpectus*: deſcendendo poſtea ad nomina relatiua de Deo dicta, ait: *ſimiliter hoc nomen Verbum, imponitur ad ſignificandum aliquid abſolutum, cum aliquo reſpectu adiuncto*: ſed nomen, *ſcientia*, pro vt eſt impoſitum ad ſignificandam qualitatem, eſt ſignificationis imperfectæ, quia de imperfectione ſcientiæ eſt quod ſit qualitas, vt docet S. Tho. p. p. q. 14. ar. 1. ad primum, & alibi: perfecta enim ſcientiæ ſignificatio

tio eſt, cum ſignificat reſpectum ad ſcibile. Ergo cum inquit S. Thomas, ſimilitèr hoc nomen, *Verbum*, eſt impoſitum ad ſignificandum abſolutum, ad quod ſequitur reſpectus, ſignificationem abſoluti in Verbo voluit eſse impropriam, ſicut ſignificatio qualitatis in ſcientia eſt imperfecta, & relationis ſignificationem in Verbo propriam dixit, ſicut perfecta eſt ſignificatio relationis ad ſcibile in ſcientia; imperfectam verò, & perfectam ſignificationem æquipollere ſignificationi impropriæ, & propriæ, inſinuat S. Tho. p p. q. 33. ar. 3. c.

13 Et quod hæc fuerit S. Doctoris mens, manifeſtatur etiam ex his, quæ dixit illa eadem q. 4. de Verit ar. 5. in c. ſcilicèt, *ex eo quod nomen Verbi fuerit impoſitum ad ſignificandum abſolutum, non impediri, quin Verbum perſonalitèr dicatur*: & hoc probat duplicitèr: Primo quia *eſt idem Verbum quòd ſapientia genita*: Ergo voluit hanc eſse propriam ſignificationem Verbi; quid enim magis proprium nomini, quam eſse idem cum re ſignificata. Secundo quia *Verbum perſonalitèr dicitur, ſicut Pater perſonalitèr dicitur*: ſicut ergo Pater in diuinis dicit abſolutum, in communi tamen ſignificatione, vt cum dicimus, *Pater noſter*, vbi nomen Patris ſumitur eſsentialitèr ex S. Tho. p. p. q. 33. ar. 3. in primo arg. & 3. p. q. 23. a. 2. in arg. 5. c. in cor. & ad ſecundum; ſed in propria ſignificatione dicit relatiuum, & perſonam, vt docet illa q. 33. in corp. & ad primum. Ita ſimilitèr Verbum in diuinis, impropria, & communi ſignificatione, importare voluit S. Thom. abſolutum, propria verò, & principali ſignificatione importare voluit relatiuum, quod eſt ſapientia genita.

Crea-

Digitized by Google

III.

SENTENTIA.

1 *Creaturæ communicari poteſt potentia creandi.*

RETRACTATIO.

2 *Creaturæ communicari non poteſt potentia creandi.*

CONSTANTIA.

14 SANCTVS Thomas 2.d.1.q.1. ar.3.c.dum quæreret Vtrum creare conueniat alijs quàm Deo, dixit: *Vndè alij dixerunt quod creatio nulli creaturæ conuenit, nec etiam communicabilis eſt, ſicut nec eſſe infinitæ potentiæ, quam exigit creationis opus. Alij dixerunt creationem nulli creaturæ communicatam, communicari tamèn poſſe, quod Magiſter aſſeruit in 4. Lib. Vtraque autem harum vltimarum opinionum videtur mihi ſecundum aliquid vera eſſe, &c. ſi autem ſumatur ex parte creati, &c. & ex parte iſta accipiendo creationem, potuit communicari creatura, vt per virtutem cauſæ primæ operantis in ipſa,* ali-

aliquod eſſe ſimplex, vel materia produceretur.

15 Oppoſitum docuit 2. c. g. Cap. 21. de Pot. q 3. ar. 4. c. p. p. q. 45. ar. 5. in cor. vbi ſic ait, *& ſecundum hunc etiam modum Magiſter dicit in 5. d. 4. ſent. quod Deus poteſt creaturæ communicare potentiam creandi, vt creet per miniſterium, non propria authoritate, ſed hoc eſſe non poteſt*. Item 4. d. 5. q. 1. ar. 3. q. 3. c. inquit, *& ideo nulli creaturæ ſecundum communem opinionem communicari poteſt talis potentia* (*ſcilicet, creandi*). Idem docet op. 3. Compend. Theol. Cap. 70. & 95. & op. 15. Cap. 10.

16 Veruntamen, vt benè aduertit Caiet. p. p. citata, in ſententijs S. Thomas non eſt aſpernatus opinionem Magiſtri; & ideò dixit ibi ſibi videri illam eſſe ſecundum aliquid veram, quamuis faſſus fuerit eſſe communi opinioni contrariam. Attamen p. p. & alibi, dum loquitur ex propria ſententia, Magiſtri opinionem repellit, nec id arguit in S. Thoma inconſtantiam: nam vt ſupra pluries annotauimus præcipuè ſupra p.p. Concluſione XLI. & hic XXXVIII. Verbo, *videtur*, quo S. Tho. vſus eſt, declaratur expreſsè non dici ex propria mente, quod videri aſſeritur.

Digitized by Google

IV.

SENTENTIA.

1 *Mundus potuit eſſe ab æterno*

RETRACTATIO.

2 *Nihil poteſt præter Deum ab æterno fuiſſe.*

CONSTANTIA.

17 SILVIUS ſuper q. 46. art. 2. p. p. conc. 2. inquit non conſtare quidnam ſenſerit S. Tho. in illa quæſt. an aliqua creatura potuerit eſſe ab æterno; nam opuſc. 27. quod eſt de æternitate mundi, docet mundum potuiſſe eſſe ab æterno; ſed in principio reſponſionis illius articuli, videtur dicere oppoſitum illis verbis: *Reſpondeo dicendum, quod nihil poteſt præter Deum ab æterno fuiſſe*, vnde, ait; non videtur in ea ſententia, quam prædicto opuſc. aſſeruit, ſenior, & doctior factus, perſtitiſse.

18 Reſpondetur, intentionem S. Thomæ fuiſſe, tam in 2. ſent. d. 1. q. 1. ar. 5. quàm in p. p. vbi ſupra quæſt.

Digitized by Google

3. de Pot. ar. 17. quodl. 3. ar. 31. in 2. contra Gentes Cap. 21. & in opuſc. ſupracit. tractare illam quæſt. *Vtrum ſit poſſibile mundum eſſe ab æterno* , in 2. ſent. in quæſt. de Pot. & in quodl. dixit neutram partem habere rationes neceſſarias, nec demonſtrari poſſe, niſi ex fide, mundum aliquandò incæpiſſe; idemque in p.p. aſſeruit, vt ipſemet dixit opuſc. 72. In 2. verò con. gen. Cap. 38. & in opuſc. 16. de vnitate intellectus contra Auerroiſtas, oſtendit non repugnare aliquam ſubſtantiam eſſe à Deo ab æterno, vt in eodem opuſc. 72. refert. Poſtea ſoluendo argumenta, quæ in contrarium adducebantur, cum perueniſſet ad argumentum de infinito animarum in actu, quod inconueniens ſequi videbatur ex æternitate mundi, reſpondit, inter alias ſolutiones, in opuſc. 27. *Præterea adhuc non eſt demonſtratum quod Deus non poſſit facere, vt ſint infinita actu*, vbi Siluius dicit S. Thomam hoc opuſculum ſcripſiſse ante ſummam, quia in ea p. p. quæſt. 7. demonſtrauit eſſe impoſſibile infinitum in actu; ſed S. Doctor non dixit abſolutè id non fuiſſe adhuc demonſtratum, cum hoc videretur falſum: nam demonſtratum iam fuerat à Philoſophis, vt dixit illa quæſt. 7. ar. 4. nec id non eſſe demonſtrabile, ſed quod nec a ſe, nec ab illis, cum quibus diſputabat, id fuerat adhuc demonſtratum; ſic enim ſeipſum explicat in opuſc. 72. his verbis: *de prædicta quæſt. ſcilicèt, an ſit poſſibile infinitum in actu, in quæſtionibus noſtris diſputatis; vbi queritur an Deus poſſit infinita facere* (*de Verit. q. 2. ar. 10.*) *& in alia quæſtione vbi queritur an poſſit infinita ſcire* (*ang.*) *diximus, quod, ſi eſſe actu repugnat ei, quod eſt infinitum eſſe in actu, non poteſt Deus infinita actu facere; ſi autem non repugnat, poteſt, ſed vtrum poſſint eſſe actu, diximus differendum vſque aliàs, & idem diximus in prædicto Tractatu* (*hoc eſt opuſc. 27.*) *quod non dum erat oſtenſum infinita actu eſſe non poſſe, nec aduerſarij nobis hoc oſtenderunt; quod tamen nos poſtea in p. p. ſum-*

Digitized by Google

mæ oſtendimus, recitata opinione Algazelis, & certum habuimus, quod infinita eſſe non poſſunt, etiam per accidens, vt ibi oſtenſum eſt. Hucuſque S. Thomas in illo op. 72. & concludit de fide eſſe mundum incæpiſse, vndè ratione naturali probari non poſſit eum non fuiſse ab æterno, nec quidèm ſine homine, ſed ſi homo fuiſſet ab æterno, non fuiſſent actu animæ infinitæ, quia ille homo non generaſſet, niſi in tempore ad conſeruandam ſpeciem, quod infert tantùm Vniuerſi perfectio.

19 Igitur ſciendum eſt, vt aſſequamur S. Thomæ mentem; in opuſc. 16. S. Thomam reliquiſſe argumentum inſolutum ex principijs philoſophicis, cum aliàs ex fidei principijs ſolueretur; Dixit ergo ſciri non poſſe, quod illi argumento Ariſtoteles, qui ponebat mundum fuiſſe ab æterno, reſpondiſset, cum perierint Libri, quos ipſe ſcripſit de ſubſtantijs ſeparatis, ſed prout dicit in illo opuſc. 72. ibi voluit conuincere Auerroiſtas Pariſijs ſuo tempore dogmatizantes vnitatem intellectus, deducendo illos ad maius inconueniens; magis enim, dicebat, repugnat fidei vnitas intellectus, per quam periret diuerſitas præmiorum, quàm ponere infinitum animarum in actu cum Agazele, quia adhuc illa infinitas animarum eſſet ſub Deo, & Dei infinitati ſubderetur. Dum verò in p. p. q. 46. ar. 2. reſpondet ad 8. quod erat de animarum infinito in actu, ſi mundus fuiſſet ab æterno, poſt aliàs reſponſiones, dixit id eſſe particulare, & propter hoc non concludere intentum, quia potuiſſet aliquis dicere aliquam creaturam, quamùis non hominem, potuiſſe eſſe ab æterno; ſed quia ex hac reſponſione ſequebatur potuiſse demonſtrari hominem non potuiſse eſse ab æterno, quod opponitur doctrinæ in corp. traditæ de homine, de quo dictum erat demonſtrari non poſſe ſemper non fuiſse, in opuſc. 72. inquit, illam reſponſionem non fuiſse ſuæ intentionis, ſed inter aliàs ſolutiones eam adduxiſſe, vt oſtenderet quàm diuerſis rationibus authores vtriuſque

uſque

uſque partis controuerſiæ oppugnarent, & propugnarent propriam ſententiam; ipſe verò ſentiebat, mundum non fuiſse ab æterno, non eſse demonſtrabile, quia fides hoc docet, nec præbebat aurem rationibus humanis in dicta quæſt. adductis, quia Deus loquebatur, *antequam quicquàm faceret à principio, cum eo eram cuncta componens*. In p. p. verò q. 46. querebat S. Tho. quid eſset dicendum ſecundum fidem, quod patet ex argumentis ſed contra, in quibus vtitur authoritatibus ex Sacra Scriptura deſumptis, & in primo ar. reſoluit non eſse neceſsarinm Deum velle, quod mundus fuerit ſemper, ſed, inquit, eatenùs mundus eſt, quatenùs Deus vult illum eſse; cum eſse mundi ex voluntate Dei dependeat ſicut ex cauſa.

20 In 2. ar. querit, *an mundum incapiſse ſit articulus ſidei*, & reſoluit affirmatiuè; cum mundum incæpiſse demonſtrari non poſſit: ibidem inſinuat aliquam creaturam potuiſse eſse ab æterno, ſi Deus illam ab æterno creare voluiſset.

21 Ergo perpetuus fuit S. Doctor in vna ſententia; nam ſemper dixit demonſtrari non poſse per naturam mundum, & hominem non potuiſse eſse ab æterno, & quod incæperint in tempore, ex Sacra Scriptura à Spirito Sancto edita tantum haberi, cum illud *in principio creauit Deus Cœlum, & Terram* fuerit ſecundum Greg. Prophetia de præterito, quæ verò alibi dixit de hac quæſtione, & de infinito in actu, & quomodo proceſserit in his tractandis, iam explicatum eſt.

Ali-

V.

SENTENTIA.

1 ***Aliquis motus Angeli eſt continuus.***

RETRACTATIO.

2 ***Motus Angeli non eſt continuus.***

CONSTANTIA.

22 SANCTVS Thomas p.p. q. 53. ar. 1. affirmat aliquem motum Angeli eſſe continuum: In 1. diſtin. 37. q. 4. art. 1. negat motum Angeli eſſe continuum. Io: de S. Tho. p. p. Tom. 2. diſp. 20. ar. 4. num 9. tenet S. Doctorem in p. p. ſe correxiſſe, ſed Bannes, Nazarius, & alij apud Siluium p. p. q. 53. ar. 1. dicunt S. Thomam in vtroque loco eiuſdem fuiſſe ſententiæ, nam in 1. ſent. loquitur de motu Angeli, quantum eſt ex parte naturæ ipſius; cum enim illa ſit à magnitudine ſeparata, non habet ex parte ſuæ naturæ, vt motus continuitas ei conuenire debeat; ſed in p. p. loquitur de motu Angeli, tam ex parte magnitudinis, cui ſe applicat, & in qua operatur, quàm ex parte naturæ ipſius Angeli. Ex parte autem magnitu-

dinis

Digitized by Google

dinis continuitas conuenit motui locali Angeli, in quantum continuè ſe iſti magnitudini applicat, non ſimul, ſed ſucceſsiuè.

23 Quod confirmatur ex eodem S. Doctore in primo ad Anib. diſt. eadem q. 2. ar. 1. ad quartum, vbi ſic ſcribit: *Motus Angeli in loco poteſt eſſe continuus, & non continuus. Continuus quidem, in quantum poteſt eſſe in loco diuiſibili, ut ex ſupradictis patet, & ſic paulatim, & continuè poteſt aliquid ſpatij attingere ſine hoc, quod ipſe in ſua ſubſtantia ſit diuiſibilis: non continuus verò, ſecundum quod Angelus intelligitur ſine medio diuerſa loca contingere.*

Omnes

VI.

SENTENTIA.

1 *Omnes Angeli à principio cognouerunt Chriſti Incarnationem, Paſſionem, & huiuſmodi.*

RETRACTATIO.

2 *Angeli à principio non ſciuerunt Chriſtum futurũ humani generis redemptorem paſſibilem mortalem, &c.*

CONSTANTIA.

24 SANCTVS Thomas 2. d. 11. q. 1. ar. 4. in cor. ſic ait: *Myſteriũ Incarnationis dupliciter poteſt conſiderari, vel quantum ad ſubſtantiam facti, & ſic omnes (hoc eſt Angeli) à principio cognouerunt, ſcilicèt, Incarnationem, paſsionem, & huiuſmodi.*

25 Siluius Prima parte quæſt. 57. articulo quinto Concl. 3. inquit: *Cognouerunt ergo (hoc eſt Angeli) Deum futurum aliquando hominem, &c. ſed non ſciuerunt eum futurum humani ge-*

Digitized by Google

generis Redemptorem, neque, quod futurus eſſet paſſibilis, ac mortalis, ac multo minus, quod in Cruce moriturus &c. ſi dicas S. Thomam in 2. d. 11. ar. 4. ſcribere, quod omnes à principio cognouerunt Incarnationem, paſſionem, & huiuſmodi. Reſpondetur ſecundum ea, quæ ex eodem iam citauimus, & quæ poſteriùs ſcripſit, potiùs videri, quod dum eſſent in via ſolùm cognouerunt Deum in Carne venturum, abſtrahendo à paſſibili, & impaſſibili. Ex his patet Siluium voluiſſe S. Thomam receſſiſſe in alijs locis ſuæ doctrinæ ab illa ſententia, quod Angeli à principio cognouerint Dei incarnationem, & paſſionem, quàm docuerat in ſecundo vbi ſupra.

26 Sed immeritò; nam S. Thomas de hac cognitione Angelorum locutus eſt p. p. q. 57. ar. 5. ad primum q. 64. art. 1. ad quartum q. 117. ar. 2. ad primum opuſc. primo c. 26. ad Anib. 2. d. 11. ar. 3. ad primum, & ad Epheſ. 3. lec. 3. vbique dum loquitur de Angelis bonis, ſemper, vel apertè dicit, vel inſinuat ſe loqui de cognitione, quam habuerunt de Incarnatione quantum ad ſubſtantiam, ſiue in generali, à principio ſuæ beatitudinis, apertè id dixit p. p. q. 57. ar. 5. ad primum per hæc verba: *De myſterio Incarnationis Chriſti dupliciter contingit loqui. Vno modo in generali, & ſic omnibus reuelatum eſt à principio ſuæ beatitudinis, &c.* & q. 64. ar. 1. ad quartum ait: *Myſterium regni Dei, quod eſt impletum per Chriſtum; omnes quidem Angeli à principio aliquo modo cognouerunt, maximè ex quo beatificati ſunt viſione Verbi, quam Dæmones nunquam habuerunt; non tamen omnes Angeli cognouerunt perfectè, neque æqualiter: Vnde Dæmones multo minus, Chriſto exiſtente in mundo, perfectè myſterium Incarnationis cognouerunt:* Vbi expreſsè S. Thom. loquitur de omnibus Angelis Beatis, cum eos ſecernat à Dæmonibus, quos conſtat in via illis in cognoſcendo æquales fuiſſe, & ad Anib. vbi ſupra, dum interprætatur ſententiam Apo-

ſtoli ad Epheſ. 3. *Vt innoteſcat Principatibus, & Poteſtatibus in Cœleſtibus per Eccleſiam*, inquit: *ſecundum quem (ſcilicèt Auguſtinum) Eccleſia ſumitur hic pro Triumphante, non pro Militante*. Igitur dum S. Thom. dicit in 2. vbi ſupra Angelos à principio cognouiſse Incarnationem, & Paſſionem Chriſti, quantum ad ſubſtantiam facti, tenendum eſt S. Doctorem intelligendum eſse de principio beatitudinis, in quo S. Tho. ſemper docuiſse Angelos bonos cognouiſse Incarnationem, & Paſſionem Chriſti, dubitari non poteſt; nam habetur ex eius doctrina expreſsè.

27 Primò ex p. p. q. 57. ar. 5. ad primum, vbi probat Angelos à principio ſuæ beatitudinis habuiſse cognitionem myſterij Incarnationis, hac ratione: *quia hoc eſt quoddam generale principium, ad quod omnia eorum officia ordinantur. Omnes enim ſunt adminiſtratorij Spiritus, vt dicitur Heb. primo. In miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, quod quidem fit per Incarnationis myſterium; vndè oportuit de hoc myſterio omnes à principio communitèr edoceri.* Sed Angeli miniſtrauerunt Chriſto paſſibili, & ad illum etiam paſſibilem multa eorum officia fuerunt ordinata; Ergo S. Tho. voluit eos de Incarnatione, & Paſſione Chriſti edoctos fuiſse à principio ſuæ beatitudinis.

28 ſecundò etiam p. p. q. 64. ar. 1. ad quartum docet cum Auguſt. 9. de Ciuit. Dei cap. 21. Dæmonibus non innotuiſse ſicut Angelis Sanctis, qui Verbi participata æternitate perfruuntur, Incarnationis myſterium: nam quamuis omnibus Angelis in via hoc myſterium innotuerit; malis verò multo minus, quam bonis, & beatis, quia ſi Dæmonibus innotuiſset, ſicut Angelis Sanctis, cognouiſsent Chriſtum eſse Filium Dei, & effectum paſſionis eius; ideoque *nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*, vt dixit Apoſtolus 1. Cor. 2. In ſententia ergo S. Thomæ, Angeli Sancti à principio ſuæ beatitudinis cognouerunt Incarnationem,

&

& Paſſionem Chriſti, & effectum Paſſionis eius, qui latuit Dæmonibus.

29 S. Thomas igitur ſemper docuit Angelos Sanctos à principio ſuæ beatitudinis cognouiſſe Incarnationem, & Paſsionem Chriſti; nec numquam in hac ſententia varius fuit. In via verò Angelis non innotuiſſe, niſi Incarnationem, latuiſſe verò Paſsionem, S. Doctorem dixiſſe patet ex eo, quod effectum Paſſionis Chriſti Dæmones non cognouiſſe docuit loco vbi ſupra deſignato.

VII.

SENTENTIA.

1 *Angeli in ſtatu beatitudinis mereri poſſunt præmium accidentale.*

RETRACTATIO.

2 *Angeli in ſtatu beatitudinis mereri non poſſunt, nec quidem merito accidentali.*

CONSTANTIA.

30 SANCTVS Thomas 2. d. 5. q. 2. ar. 2. c. loquendo de merito Angelorum in ſtatu beatitudinis, ait: *Sed hoc ſimplicitèr loquendo non videtur conueniens, quia beatitudo habet rationem termini: meritum autem, cum ſit tendens in aliud, habet rationem viæ; Vndè non videntur ſe poſſe compati, vt aliquis beatus in ſtatu merendi exiſtat, ſed ſecundum quid poteſt ſuſtineri, vt, ſcilicèt, mereri intelligantur, non præmium eſſentiale, quod eſt eorum beatitudo, ſed præmium accidentale, quod eſt gaudium de illis, qui per eorum officia ſaluantur*: Idem ait in reſp. ad 2. & 4. arg.

31 Bannes p. p. q. 62. ar. 9. Concluſ. 2. ait : ***Angeli beati non merentur illud præmium accidentale, in quo proficiunt.*** Ita docet S. Tho. hic, ad tertium retractat ſententiam, quam citauimus ex 2. & 4. ſent. Verùm S. Thomam nunquam ex propria ſententia dixiſſe Angelos in beatitudinis ſtatu mereri poſſe, nec quidem merito ſecundquid patet ex verbis eius, quæ tranſcripſimus ex loco 2.ſent.ibi enim tantum dixit id poſſe ſuſtineri, & reſpondendo ad argumenta, docuit modum, quo rationes in contrarium ſolucrentur; hoc pręſtitit S. Doctor in gratiam S. Bonauenturæ, qui erat eius Collega in ſtudio Pariſienſi, & illam ſententiam fortaſsè tunc dictabat ex cathedra, quam ſcriptam rèliquit in ſuis Commentarijs ſuper diſt. 11. 2. ſent. ar.2. q. 2. id perſuadet modus loquendi S. Doctoris 4. d. 15. q. 4. ar.6. q. 2. ad tertium vbi, dum ſcribit de Sanctis in ſtatu beatitudinis exiſtentibus, ſic ait : ***quidam dicit, quod non ſunt in ſtatu merendi quantum ad præmium eſſentiale, ſed quantum ad præmium accidentale; & ideo etiã alijs mereri poſſunt: ſed quia meritum tantùm viatorum eſt, ideo ſciendum, quod aliud eſt impetrare, & aliud mereri, vt dicetur; ideò Sancti, ſi non poſſunt mereri,poſſunt tamen nobis ſuis orationibus aliquid impetrare:*** Vbi dum ait, *quidam dicit*, in ſingulari, de S. Bonauentura intelligi poteſt tunc ita dicente, cuius ſententiam ſuſtineri poſſe dixit, ſed eam non ſequebatur; ideoque ſolutis loc. cit. ex ſecundo ſent. argumentis in gratiã amiciſſimi Doctoris;ſententiã,quam amplectebatur, vt meliorem expreſſit in illo ex 4.ſent. adducto, & p. p. quæſt. 62. art. 9. ad tertium per hæc verba : ***Quidam dicunt, quod quantum ad præmium accidentale etiam mereri poſſunt (ſcilicèt Angeli beati) ſed meliùs eſt vt dicatur, quod nullo modo aliquis beatus mereri poteſt,niſi ſit ſimul Viator,&Comprahenſor, vt Chriſtus,qui ſolus fuit Viator, &Comprahenſor.***

32 Ex quibus patet expreſsè S. Doctorem in hac materia ſemper fuiſſe cônſtantem, nec vnquam retractaſſe, quam habuerat de ea, ſententiam.

Ante

VIII.

SENTENTIA.

1 *Ante diem Iudicij Beati mereri poſſunt præmium accidentale, & Damnati demereri reſpectu pœnæ accidentalis.*

RETRACTATIO.

2 ***In Beatis bona non ſunt meritoria, & ſimilitèr mala in Damnatis non ſunt demeritoria.***

CONSTANTIA.

33 SANCTVS Thomas 4. d. 50. q. 2. ar. 1. q. 6. ait: *Sed ante diem Iudicij quidam dicunt, & Beatos mereri, & Damnatos demereri, ſed hoc non poteſt eſſe reſpectu præmij eſſentialis, vel pœnæ principalis, cum quantum ad hoc vtrique ad terminum perueniant; Poteſt tamèn hoc eſſe reſpectu præmij accidentalis, vel pœnæ, ſecundum quod poteſt augeri vſq; ad diem Iudicij*: & diſt. 21. q. 1. ar. 3. q. 1. ad quar-

tum

tum inquit : *poſt banc vitam non poteſt eſſe meritum reſpectu premij eſſentialis , ſed reſpectu alicuius accidentalis poteſt eſſe , quamdiù manet homo in ſtatu via aliquo modo ; & ideo in Purgatorio poteſt eſſe actus meritorius quantum ad remiſſionem culpa venialis .*

34 Oppoſitum videtur dicere p. p. q. 62. ar. 9. ad tertium his verbis : *quidam dicunt, quod quantum ad præmium accidentale etiam mereri poſſunt (ſcilicèt Angeli beati) ſed melius eſt vt dicatur , quod nullo modo aliquis beatus mereri poteſt, niſi ſit ſimul Viator, & comprabenſor , vt Chriſtus* : & 2.2. q. 13. ar.4. ad ſecundum ait : *In Beatis bona non ſunt meritoria , ſed pertinentia ad eorũ beatitudinis præmiũ, et ſimilitèr mala in Damnatis non ſunt demeritoria , ſed pertinentia ad damnationis pœnã*:& de malo q.7.ar.11.c. inquit:*quia poſt banc vitam non eſt ſtatus merendi , ille dilectionis motus in eis (ſcilicèt animabus Purgatorij) tollit quidem impedimentum venialis culpæ , non tamen meretur abſolutionem , vel diminutionem pœnæ , ſicut in hac vita .*

35 Siluius 3. p. q. 87. ar. 2. ad primum ait : *dixit quidem S. Tho. in 4. &c. poſſe ibi (ſcilicèt in Purgatorio) mereri aliquid accidentale , ſed in eo non manſit , vt q. 7. de malo ar. 11. patet* , & ſup. q. 98. ar. 6. inquit : *Addit autem poſt diem Iudicij , quia , quod ante diem illum mereri poſſint ; Beati quidem præmium accidentale , Damnati pœnam ſecundariam , boc loco non exiſtimat improbabile ; ſed poſtea , quod verius eſt docuit nec Beatos , nec Damnatos quicquam mereri poſt mortem .*

36 Bellarm. Tom. 2. Cont. de Purgatorio Lib.2. cap.3. in fin. inquit : *Dico S. Thomam mutaſse ſententiã,&c. fortaſsè etiam S. Tho. in 4. nomine meriti non propriè vti voluit , ſed impropriè ; Vocauit enim actum dilectionis in Purgatorio meritorium remiſſionis culpæ venialis , quia eſt remiſſorius , licèt non per modum meriti*

ti

Digitized by Google

ti propriè dicti, ſed per modum contrarij tollentis ſuum contrarium.

37 Sed ego exiſtimo S. Thomam nunquam mutaſſe ſententiam; nam in 4. de pœna ſecundaria, & de merito ſecundumquid Beatis, & animabus Purgatorij attributo loquitur, vel ex aliorum ſententia, vel ex probabili ſententia ſoluendo argumentum, vt patet: Etiam in p. p. dum ait, melius dici nullo modo Beatos mereri, nihil de ſua ſententia profert, ſed ſolum hanc poſteriorem profert priori; dum verò meritum hoc negat in q. de malo ar. 11. euidentèr loquitur de merito propriè, & rigorosè ſumpto; comparat enim meritum illud ad meritum, quod habetur in via, quod eſſe meritum proprium, & rigoroſum certum eſt: Meritum autem ſeu demeritum proprium non eſſe poſt hanc vitam S. Thomas, ne dum illo ar. 11. q. 7. de malo, ſed vbique docuit, tandem 2. 2. q. 13. cit. dicit bona Beatorum non eſſe meritoria alicuius præmij diſtincti ab eorum beatitudine, ſed ad præmium eorum beatitudinis pertinere, quod etiam dicere poſſent, qui meritum ſecundquid Beatis attribuunt, & hoc petebat argumentum; Vndè S. Tho. illud ſoluit, non negando meritum, vt importat merendi principium, ſed negando præmium diſtinctum à beatitudine, quod eſt loqui de conſequente ad meritum.

38 Suarez in 3 p. Tom. 4. diſp. 11. ſec. 4. num. 15. loquendo de animabus Purgatorij; probabile cum S. Thom. exiſtimat eas adhuc eſſe in ſtatu merendi aliquid accidentale, ſed probabilius videri cum eodem oppoſitum.

Cæ-

IX.

SENTENTIA.

1 *Cœlum Empyreum nullam habet influentiam ſuper alia corpora.*

RETRACTATIO.

2 *Probabilius eſt Cœlum Empyreum habere influentiam ſuper corpora, quæ mouentur.*

CONSTANTIA:

39 IN 2.d. 2.qu. 2.art. 3.c. inquit S.Tho. *Dicendum quod Cœlum Empyreum nullam habet influentiam ſuper alia corpora, quæ rationabilitèr poni poſſet; non enim ponimus aliquod corpus habere influentiam ſuper aliud, niſi per motum, quia, vt lib. de Cauſis dicitur, etiam anima in hoc ab intelligentia deficit, quia non imprimit in res niſi mouendo eas, & multo minus corpus; nullum autem corpus mouet niſi motum, vt à Philoſophis probatum eſt; Cœlum enim per motum ſuum cauſat generationem, & corruptionem in iſtis inferioribus; vndè*

Digitized by Google

dicitur in 8. Phiſic. quod motus eius eſt ſicut vita exiſtentibus omnibus; Vndè dicit Raby Moyſes quod Cælum in vniuerſo eſt, ſicut cor in animali, cuius motus ſi ad horam quieſceret, corporis vita finiretur. Vndè cum Cælum Empyreum ponatur immobile, non poteſt rationabilitèr poni influentiam ſuper corpora habere; conſtat enim, quod non habet influentiam ſine motu ad modum creantis; nec tamen negatur quin Deus potentiam influendi ſine motu ei conferre potuiſſet, ſed quia hoc nec autoritate confirmatur, nec ratione; ideò poſitio eorum, qui dicunt Cælum Empyreum influentiam ſuper alia corpora habere; eadem facilitate contemnitur, qua tenetur, & præcipuè cum in talibus non quæratur quid Deus per miraculum poſſit facere, ſed quid naturæ rei conueniat, vt dicit Auguſtinus ſuper Gen. & in eodem 2. d. 2. ad Anib. q. 2. art. 2. ait. *Dicendum quod Cælum Empyreum, ſicut dictum eſt, principalitèr ordinatur ad gloriam Beatorum, ad quam quidem gloriam reliqua corpora nihil operantur niſi à remotis, inquantum ſeruiunt homini ſecundùm neceſſitatem ſuæ naturæ; quod autem ordinatur in aliquem finem principalitèr, ſic ſe habet, quod omnis eius operatio in illum finem refertur; & ideo cum diſpoſitiones corporum inferiorum non pertineant ad illam gloriam Beatorum, quæ eſt finis Cæli Empyrei, Cælum Empyreũ non efficit diſpoſitionem aliquam in corporibus alijs, quamuis quidam contrarium opinentur.*

40 Hanc ſententiam, qua S. Doctor negat Cælum Empyreum influere in inferiora, retractaſſe putant Caietanus, Bannes, & quidam alij Thomiſtæ, qui in S. Thomæ Summam ſcripſerunt; ſcilicet p. par. q. 66. art. 3. ad ſecundum, & quodl. 6. art. 19. P. Part. loco cit. ſic ait S. Thomas. *Satis probabile eſt, quod Cælum Empyreum ſecundum quoſdam, cum ſit ordinatum ad ſtatum gloriæ, non habet influentiam in inferiora corpora, quæ ſunt ſub alio ordine, vtpotè ordinata ad naturalem rerum decurſum. Probabilius tamen videtur dicendũ*

quod

Digitized by Google

quod ſicut ſupremi Angeli, qui aſſiſtunt, habent influentiam ſuper medios, & vltimos, qui mittuntur, quamuis ipſi non mittantur ſecundum Dion. ita Cœlum Empyreum habeat influentiam ſuper corpora, quæ mouentur, licèt ipſum non moueatur, & propter hoc poteſt dici quod influit in primum Cœlum, quod mouetur, non aliquid tranſiens, & aduenients per motum, ſed aliquid fixum, & ſtabile, puta, virtutem continendi, & cauſandi, vel aliquid huiuſmodi ad dignitatem pertinens.

41 Verùm in his verbis prætulit quidem S. Thomas ſententiam aſſerentem Cœlum Empyreum influere in inferiora, dicendo *probabilius videtur*, ſed à priori ſententia non receſſit omninò, quæ dixerat, eſſe *ſatis probabile* Cœlum Empyreum non influere in inferiora, vt enim dictum eſt Concl. XLI. & dicemus infra XXXVIII. ly, *videtur*, arguit illum tunc non ex propria ſententia locutum fuiſſe.

42 Deindè quodl. cit. S. Doctor ſic loquitur: *quidam ponunt Cœlum Empyreum non habere influentiam in aliqua corpora, quia non eſt inſtitutum ad effectus naturales, ſed ad hoc, quod ſit locus Beatorum; & hoc quidem mihi aliquandò viſum eſt, ſed diligentius conſiderans, magis videtur dicendum quod influat in corpora inferiora, quia totum vniuerſum eſt vnum vnitate ordinis, vt patet per Philoſ. 12. Meta. Hæc autem vnitas ordinis attenditur ſecundũ quod quodam ordine reguntur corporalia per ſpiritualia; & inferiora corpora per ſuperiora, vt Auguſtinus dicit in 3. de Trinit. Vndè ſi Cœlum Empyreum non influeret in corpora inferiora, Cœlum Empyreum non contineretur ſub vnitate Vniuerſi, quod eſt inconueniens*: In his verbis oſtendit S. Tho. non omninò receſſiſſe ab eo, quod ſibi aliquandò viſum fuerat, ſed quod illi magis videbatur dicendum oppoſitum, ſemper relicta priori ſententia intra limites probabilitatis; quapropter patet S. Doctorem nulli partium vnquam adhæſiſſe omninò, nec ab vlla ex partibus vnquam omninò receſſiſſe.

X.

SENTENTIA.

1 *Panes Io: 6. multiplicati fuerunt à Chri-ſto per additionem nouæ materiæ.*

RETRACTATIO.

2 *Panes Io: 6. probabilius dicitur multiplicatos fuiſſe per materiæ nouam creationem.*

CONSTANTIA.

43 QVæritur Vtrum S. Tho. dixerit aliquandò probabilius eſſe, multiplicatos fuiſſe à Chriſto Domino Io: 6. panes per additionem nouæ materiæ, & aliquandò aſſeruiſſe illam additionem probabilius dici factam fuiſſe per materiæ nouam creationem; hoc poſterius dixiſſe videtur 3. p. q. 44. art. 4. ad quartum, & in 2. d. 18. qu. 1. art. p. primum verò p. p. quæſt. 92. art. 3. ad quartum. Huic difficultati occaſionem præbuit varia Textus S. Thomæ lectio in p. p. quæſt. 92. art. 3. ad primum, nam in aliquibus

quibus exemplaribus ita legitur : *vndè cùm non appareat rarefactio in talibus multiplicationibus , neceſſe eſt ponere additionem materiæ , vel per creationem , quod probabilius eſt , vel per conuerſionem* : In alijs verò exemplaribus legitur : *neceſſe eſt ponere additionem materiæ , vel per creationem, vel, quod probabilius eſt, per conuerſionem* : hæc poſterior lectio exiſtimatur germana , conſentit enim ſententiæ S. Auguſtini Tract. 14. ſuper Io: cuius S. Thomas eſt ſectator perpetuus , & teſte Siluio vbi ſupra art. 4. quer. 2. habetur in vetuſtiſſimo manuſcripto Codice Eccleſiæ Cameracẽſis.

44 Præterea idem S. Doctor 3. p. quæſt. 44. art. 4. ad quartum , & in 2. d. 18. quæſt. 1. art. 1. fauet euidentèr huic poſteriori lectioni, vt dictum eſt . Vndè apparet eum ſenſiſſe probabilius dici illam additionem factam fuiſſe per additionem nouæ materiæ .

XI.

SENTENTIA.

1 ***Adam cognouit futura contingentia, cogitationes còrdium &c.***

RETRACTATIO.

2 ***Adam non cognouit cogitationes hominum, futura contingentia &c.***

CONSTANTIA.

45 SANCTVS Thomas qu. 18. de Verit. art. 4. c. dixit de Adamo: *ſicut etiam multa, quæ ſunt in creaturis, quæ naturali cognitione cognoſci non poſſunt, ad quæ, ſcilicèt, vis primorum principiorum non ſe extendit, ſicut futura contingentia, ſicut cogitationes cordium, ſicut diſpoſitiones creaturarum, ſecundum quod ſubſunt diuinæ prouidentiæ; tamen diuinam prouidentiam comprahendere non poterat; Vndè nec ordinem ipſarum creaturarum, ſecundum quod diuinæ prouidentiæ ſubſunt, quæ interdùm creaturas ad multa ordinat ſupra naturæ facultatem. Sed ad hæc aliqualiter cognoſcen-*

Digitized by Google

da adiuuabatur alia cognitione, quæ eſt cognitio gratiæ, per quam Deus ei interiùs loquebatur, vt dicit Aug. ſuper Gen. ſed in hac cognitione non inſtruebatur primus homo, quaſi in termino perfectionis eius exiſtens; quia terminus gratuitæ cognitionis non eſt niſi in viſione gloriæ, ad quam ipſe non dum peruenerat: & ideò huiuſmodi omnia non cognoſcebat, ſed quantum de his ſibi diuinitus reuelabatur.

46 Verùm S. Tho. retractaſſe videtur p. p. quæſt. 94. art. 3. præfatam ſententiam de Adamo, quem docuerat vbi ſupra cognouiſſe futura contingentia, & cogitationes cordium. Ita Siluius ſuper illum art. p. p. Nam S. Doctor ibi ita dixit de Adamo. *Alia verò, quæ nec naturali hominis ſtudio cognoſci poſſunt, nec ſunt neceſſaria ad gubernationem vitæ humanæ, primus homo non cognouit, ſicut ſunt cogitationes hominum, futura contingentia, & quædam ſingularia, puta, quot lapilli iacent in flumine, & alia huiuſmodi.*

47 Ego tamen nullam cognoſco in S. Thomæ verbis p. p. cit. correctionem eius, quod in qu. de Verit. dixerat, ſed omnimodam in vna ſententia conſtantiam. Nam S. Tho. in quæſt. de Verit. dixit Adamum cognouiſſe multa, quæ ſunt in creaturis, quæ naturali cognitione cognoſci non poſſunt, ſicut futura contingentia &c. non autem omnia, ſed quantum de his ei diuinitus reuelebatur. Idem ad primum dixit per hæc verba. *Aliorum autem, quæ naturaliter cognoſci non poſſunt, non omniũ cognitionem habuit, ſed eorum tantùm, quæ ſibi fuerunt diuinitus reuelata.* Et ad 11. dixit Adamum potuiſſe proficere ex ſenſuum experimento: *ſicut in futurorum cognitione, quæ cùm adimplebantur, nota ſibi fuiſſent, cum prius fuiſſent ignota*: idem repetit ad 14. non ergo omnia futura contingentia Adam in ſententia S. Thomæ cognouit; immò ibidem ad 3. alterius opinionis inquit: *præcognitio futurorum eſt quidem perfectio creaturæ humanæ, quia ea etiam perficitur poſt lapſum, non autem quod ita ſit homini naturalis; vndè non oportuit*

quod

Digitized by Google

quod talem perfectionem Adam haberet.

48 Ex his euidentèr conuincitur S.Tho.in illa q.de Verit. docuiſſe quidem Adamum cognouiſſe futura contingẽtia,& cogitationes cordium;non verò omnia,ſeu omnes, ſed multa,ſeu multas ex diuina reuelatione; Hoc non negaſſe in loco adducto ex p.p.patet,quia S.Th.ibi dixit Adamum de his,quæ naturalem cognitionem excedunt, tantam cognitionem habuiſſe,quanta erat neceſſaria ad gubernationem vitæ humanæ ſecundum ſtatum illum.

49 Igitur in ſententia S.Thom. Adam habuit cognitionem aliquorum futurorum contingentium,& aliquarũ cogitationum cordium per diuinam reuelationem, quæ cognoſcere debebat, quia ad gubernationem vitæ humanæ in ſtatu innocentiæ illi erat talium cognitio neceſſaria, ſed cognitionem futurorum contingentium, & cogitationum cordium, quæ cognoſcere ad gubernationem vitæ humanæ in illo ſtatu non erant illi neceſſaria, negat S. Thomas in p.p. Adamum habuiſſe; ſunt enim hæc illa,quæ etiam in q. de Verit. in reſponſione ad 11. docuit Adamo experimento ſenſuum nota fuiſſe, cum prius fuiſſent ignota;nec oportet quod Adam hanc cognitionis perfectionẽ haberet, vt dixit in reſp. ad tertiũ poſterioris opinionis. Vndè in p.p.vſus eſt exemplo numeri lapillorum, qui iacent in flumine, cuius cognitionem Adamo denegat, quia huius ſingularis cognitio nõ erat neceſſaria Adamo ad gubernationem: attamèn ſi ad gubernationem humanã cognoſcere hoc ſingulare fuiſſet Adamo neceſſarium, eius cognitionem habuiſſet ex D.Tho., ſimilitèr ſi Adamo neceſſaria fuiſſet ad gubernationem vitæ humanæ in ſtatu innocentiæ cognitio aliquorum futurorum contingentium, ſeu cogitationũ cordium,vtiq; per diuinam reuelationem eorũ habuiſſet cognitionem. Negat igitur S.Tho. p.p. Adamo cognitionem illorum futurorum; & cordium cogitationum, quæ ad gubernationem cognoſcere non erant neceſſaria; quæ verò fuiſſent neceſsaria cognoſcere, Deus illi reuelaſſet,inquit in q.de Verit.quod in p.p. non negauit.

In

Digitized by Google

XII.

SENTENTIA.

1 ***In ſtatu Innocentiæ futura erat generatio ſalua Virginitate.***

RETRACTATIO.

2 ***In ſtatu Innocentiæ ſolueretur in generatione integritas Carnis.***

CONSTANTIA.

50 PVTANT aliqui, inter quos Siluius p. p. q. 98. ar. 2. ad quartum S. Thomam dixiſse cum S. Auguſtino in ſtatu Innocentiæ futuram generationem ſalua virginitate; Oppoſitum verò docuiſse 2. d. 20. q. 1. ar. 2. ad primum ſed falluntur; nam in vtroque loco dixit S. Tho. in illo ſtatu futurum homini naturale generare per coitum, & maſculum, & fæminam commiſceri, ſed ſine deformitate immoderatæ concupiſcentiæ, ita in corp. art. p. p. cit. & ſine corruptione, vtique deformi, integritatis, ita cum Auguſtino ad quartum. Sed cum ſit impoſſibile generationem fieri per coitum, & integritatem carnis non

ſolui, quamuis ſit poſſibile fieri hanc ſolutionem ſine deformi corruptione, cum per omnem ſolutionem integritatis carnis ſoluatur virginitas, vt dixit S. Tho. in 2. loco cit. neceſsè eſt quod in ſtatu innocentiæ, in qua integritas carnis per coitum tollebatur, vt etiam virginitas tolleretur.

51 Et ſi opponatur S. Tho. in illa reſponſione ad quartum p. p. dixiſse cum Auguſtino: *Ita enim potuit vtero coniugis ſalua integritate fœminei genitalis virile ſemen immitti, ſicut nunc poteſt, eadem integritate ſalua, ex Vtero Virginis fluxus menſtrui cruoris emitti.* Sicut ergo nō ſoluitur Virginitas per Emiſſionē menſtrui, ita tunc ſoluta non fuiſset virginitas per receptionem ſeminis: Reſp. exemplum aptum eſſe ad oſtendendum vtrumque futurum in illo ſtatu ſine deformi integritatis corruptione, quam non futuram in illo ſtatu volebat Auguſt. vt patet ex his verbis antecedentibus: *in illo ſtatu, nulla corruptione* (*vtique deformi*) *integritatis, infunderetur gremio maritus Vxoris*: Sed quoad ſolutionem Virginitatis, exemplum non tenet. Menſtruum enim emittitur ſine Viri opera, ſemen verò recipitur per coitum, in quo clauſtra pudoris neceſse eſt aperiri, quod non contingit dum menſtruum ex Vtero Virginis fluit; ideoq; in menſtrui emiſſione ſaluatur virginitas, quia integritas carnis non ſoluitur ſicut in coitu, in quo ſine illa deformitate immoderatæ concupiſcentiæ, & ſine deformi corruptione, in ſtatu innocentiæ ſolueretur.

Ex

Ex Prima ſecundæ Summæ.

XIII.

SENTENTIA.

1 *Ex multiplicatis actibus ex habitu infuſo non generatur habitus.*

RETRACTATIO.

2 *Ex multiplicatis actibus ex habitu infuſo generatur habitus.*

CONSTANTIA.

52 PRIMA 2. q. 51. ar. 4. ad tertium ait S. Tho. *actus, qui producuntur ex habitu infuſo, non cauſant aliquem habitum, ſed confirmant habitum præexiſtentem*: non effectiuè, ſed meritoriè, & diſpoſitiuè, vt loquitur idem S. Tho. q. 1. de Virt. ar. 11. c. & ad 14. Verùm q. 17. de Ver. ar. 1. ad 4. vel 13. videtur oppoſitum ſenſiſſe, dum ait: *ex actibus infuſæ charitatis generantur aliqui habitus dilectionis*;

53 Sed perpendendum eſt S. Doctorem in hac poſteriori authoritate propoſuiſse exemplum ſecundum aliorum opinionem, ad ſoluendum in omnium ſententia argumentum; quod ſic conſtat. In cor. S. Tho. firmauerat conſcientiam non eſſe alium habitum à ſcientia, & ſapientia: Argumentum quartum, ſeu 13. contrarium probare nitebatur ſub hac forma. Ex multiplicatis actibus generatur habitus, ergo ex multiplicatis actibus ſcientiæ, & ſapientiæ, generatur alius habitus, quem vocat conſcientiam; reſpondet S. Tho. illos multiplicatos actus, ſcientiam, & ſapientiam, vndè eliciuntur, perficere, vel eſſe habitum non alterius modi à ſcientia, & ſapientia, ſed eiuſdem rationis cum ipſis: *ſicut*, inquit, *ex actibus infuſæ charitatis generantur aliqui habitus dilectionis*. Hoc exemplum inducit S. Tho. ſecundum opinionem aliorum, vt in omnium ſententia remanſeret ſolutum argumentum; nam ſecundum propriam ſententiam ſoluebatur argumentum cum ibidem dixiſſet illos actus eſſe perfectiuos ſcientiæ, & ſapientiæ: ſecundum verò aliorum opinionem, ſecundum quam ex illis actibus generaretur habitus, adhuc ille habitus, inquit, eſset ſcientiæ, & ſapientiæ, quia eſset eiuſdem rationis cum ipſis, ſicut ſi generaretur ex actibus charitatis infuſæ habitus eſset habitus dilectionis, & conſequentèr eiuſdem rationis cum charitate.

54 Licebat autem S. Tho. inducere exemplum ſecunopinionem aliorum, ad ſoluendum clariùs argumentum, ſicut licuit Ariſtoteli, qui, vt aduertit S. Doctor 1.2. q.59. ar. 2. ad primum, & 3. c. g. cap. 9. in logicis inducebat exempla non ſecundum opinionem propriam, ſed ſecundum opinionem aliorum.

Omnia

XIV.

SENTENTIA.

1 *Omnia peccata mala quia prohibita, ſunt paria.*

RETRACTATIO.

2 *Peccata mala quia prohibita, non ſunt paria.*

CONSTANTIA.

55 SANCTVS Thomas 3. c. g. Cap. 139. ſic ait: *non autem eſt ſimile virtutem tranſgredi, & terminos à Iudice poſitos tranſire; nam virtus eſt ſecundum ſe bonum; Vndè virtutem tranſgredi eſt ſecundum ſe malum: & ideo oportet quod magis à virtute recedere ſit maius malum; tranſgredì autem terminum à Iudice poſitum, non eſt ſecundum ſe malum, ſed per accidens, inquantum, ſcilicet, eſt prohibitum: In his autem, quæ ſunt per accidens, non eſt neceſſarium quod ſi ſimpliciter ſequitur ad ſimplicitèr, & magis ſequatur ad magis, ſed ſolum in his, quæ ſunt per ſe; non enim ſequitur, ſi album eſt muſicum,*

quod

quod magis album ſit magis muſicum; ſequitur autem, ſi album eſt diſgregatiuum viſus, quod magis album ſit magis diſgregatiuum viſus, & de malo q. 2. ar. 9. ad quartum inquit: *Ille, qui tranſit lineam præſtitutam ſibi pro limite à Iudice, non peccat, niſi quia non tenet ſe infra terminum ſibi præſtitutum, & ſic directè peccatum eius eſt peccatum omiſſionis. Si autem præciperetur directè, quod non ambularet, manifeſtum eſt, quod, quanto plus ambulando procederet, tantò grauius puniretur. Vel alitèr dicendum, quod in his, quæ non ſunt mala niſi quia prohibita, qui præceptum non ſeruat, totalitèr priuat id, ad quod tenetur, ſed in his, quæ ſunt mala per ſe, & non ſolum quia prohibita, non totalitèr tollitur bonum; cui opponitur malum; & ideò tanto grauius peccatur, quanto plus de eo tollitur.* In his authoritatibus apparet S. Thom. docuiſſe omnia peccata, quæ ſunt mala quia prohibita, eſſe paria.

56 Oppoſitum dicit 1.2. q. 73. ar. 2. docendo abſolutè non omnia peccata eſſe paria, vbi non excludit ab hac generalitate mala, quæ legi poſitiuæ opponuntur. Item 2.2. q. 105. ar. 2. docet S. Tho. inobedientias non eſſe æquales, & paria peccata. Non eſt ergo conſtans S. Thomas in illa ſententia, quod peccata contra legem poſitiuam ſint æqualia, vt docuerat in 3. c. g. & illa q. de malò, cum in p.2. & 2.2. locis citatis docuerit oppoſitum.

57 Reſp. negando S. Thomam fuiſſe in ſupradicta quæſtione varium; nam ſententia eius eſt, non omnia peccata, quæ ſunt mala quia prohibita, eſſe paria, nec in locis cit. ex ſumma c. g. & q. de malo voluit oppoſitum docere, vt aduertit inter cæteros noſter Gregorius Martinez 1.2. quæſt. 73. ar. 2. dub. 1. vbi inquit: *quod quia regulariter in legibus humanis reperitur eas conſiſtere in indiuiſibili; raro autem in præceptis naturalibus. Propterea (S. Thomas) dixit ſpecialitèr de peccatis contra humanas leges eſſe paria, & non de*

alijs;

alijs; non quia ſemper, ſed quia in plurimum ex indiuiſibilitate legum talia peccata ſunt paria. Non ergo S. Tho. negauit grauius eſſe non poſſe vnum peccatum altero, ſi ſit contra diuerſa, vel cõtra idem præceptũ poſitiuum, v.g. non negauit grauiùs peccare, qui comedit carnes in Quadrageſima ſine neceſsitate, illo, qui abſquè neceſſitate comedit tantùm lacticinia, quamuis ambo peccent contra idem præceptum Ieiunij Quadrageſimalis; nec negauit illum grauiùs peccare, qui affert arma Turcis, quam ſi extraheret reum ab Eccleſia, quamuis contra diuerſa præcepta poſitiua peccaret, ſed docuit, regularitèr loquendo, leges humanas determinare modum virtutis indiuiſibilem; ideoque ſæpe peccata contra eandem legem æqualia ſunt, ſicut omnes omiſſiones ſacri in die feſto ſunt æqualia peccata, & qui frangit Ieiunium, non plus peccat comedendo ſepties in illo die, quam ſi vna tantum comeſtione Ieiunium frangeret, vt docet Caiet. 2.2. q. 147. ar. 8. Silueſter Verbo Ieiunium q. 8. Nauar. in Manuali Cap. 21. num. 14. quod in peccatis, quæ ſunt mala quia mala, nunquam accidit.

58 Secundo reſpondet Curiel 1.2. q. 73. ar 2. §. 3. S. Thomam loco adducto ex c. g. oſtendere voluiſſe colligi non poſſe ex illa regula dialectica, *ſicut ſimplicitèr ad ſimplicitèr, ita magis ad magis*, inæqualitas inter peccata mala quia prohibita, nam illa regula, dixit, habet locum in his, quæ ſunt per ſe talia, non in his quæ ſunt talia per accidens; loco verò adducto ex q. de malo S. Thomam voluiſſe tantùm ſoluere argumentum, quod intendebat probare ex pari culpa omnium tranſgredientium lineam contra præceptum Iudicis, ſequi omnia peccata eſſe paria; reſpondet enim, dato etiam quod illæ tranſgreſsiones lineæ eſſent paris culpæ, non ideo ſequeretur omnia peccata eſſe paria, quia reſpectu eorum, quæ ſecundum ſe, & ante omnem legem poſitiuam ſunt mala, argumentum id non probat.

Pec-

Digitized by Google

XV.

SENTENTIA:

1 *Peccata proximorum Parentum, vel etiam primi Parentis, præter primum, per originem non traducerentur.*

RETRACTATIO:

2 *Si aliquis ex poſteris Adæ peccaſſet, eo non peccante; ipſe moreretur propter ſuum peccatum actuale, ſed poſteri eius morerentur propter peccatum originale.*

CONSTANTIA

59 PRIMA Scundæ q. 81. ar. 2. c. ait S. Tho. *impoſſibile eſt quod aliqua peccata proximorum parentum, vel etiam primi parentis, prater primum, per originem traducantur*: Sed q. 5. de malo ar. 4. ad 8. inquit: *Si ergo aliquis ex poſteris Adam peccaſſet, eo non peccante, moreretur quidem proptèr ſuum peccatum actuale, ſed po-*

poſteri eius morerentur propter peccatum originale.

60 Reſpondent aliqui S. Thomam in p. 2. ſummæ mutaſſe ſententiam. Ita quidam apud Martinez loc. cit. ex p. 2. dub. 4. ſed vt ipſe etiam benè aduertit, id veriſimile non eſt, cum loco adducto ex q. de malo, ſi bene legatur, vt dicemus, docuiſſet oppoſitum. Conciliatores verò dictorum locorum S. Thomæ, quos ipſe Martinez, Serra ibidem, alijque afferunt, mihi non ſatisfaciunt.

61 Ideoque reſpondetur melius, vt ego puto, locum S. Thomæ ex q. de malo, eſſe corruptum, quod iudicauit Bellarm. Tom. 4. Cont. de amiſſione gratiæ cap. 13. in fin. & patet benè conſideranti in Textu S. Doctoris legendum non eſſe, ***morerentur***, ſed, ***non morerentur***, nam argumentum 8. erat huiuſmodi, ſi Adam non peccante, filij eius peccare potuiſſent, & ſi peccaſſent, morerentur, ſed non propter peccatum originale, quod in eis non fuiſſet; ergo mors non eſt pœna peccati originalis. Reſpondet S. Tho. concedendo quod Adamo non peccante, filij eius peccare potuiſſent, & ſi peccaſſent, morerentur, ſed non dicit quod morerentur propter peccatum originale, quia tunc morerentur propter peccatum eorum actuale; idem dicit de poſteris parentum peccatorum; ſcilicet, ſi ipſi quoque peccaſſent ſicut poterant (nam non fuiſſent in gratia confirmati Adamo non peccante, vt docet S. Thomas ne dum in illa reſponſione ad 8. ar. 4. q. 5. de malo, ſed etiam p. p. q. 100. ar. 2. & in 2. diſt. 20. q. 2. ar. 3. ad 5) morerentur; vt enim ait quodl. 5. ar. 8. *quandiù homo habuit corpus animale, potens mori, & non mori, indigens* alimentis, tādiu habuit animam potentem peccare, & non peccare, habuit *tamen corpus animale quandiù fuit in ſtatu generandi, quod etiam fuiſſet, ſi poſt illam primam tentationem non peccaſſet; & ideò poſſibile fuiſſet, ſi primus homo tunc non peccaſſet, quod etiam ipſe, vel eius poſteri poſtmodùm peccarent*: Vbi clarè docet homines cœteros, Adamo non peccante, potuiſſe mori, & non mori, ſicut pec-

care, & non peccare, quaſi diceret, peccantes, & in peccato perſeuerantes, tunc morituros; non peccantes verò, ſeu in iuſtitia conſtituros, ſeu iuſtitia poſt peccatum reparata, non morituros: eos verò, qui eſſent morituri, morituros, non propter aliquod peccatum originale tranſmiſſum ad ipſos à parentibus peccatoribus, quia hoc reputat impoſſibile 1.2. loco cit. ſed propter eorum actuale peccatum: Vnde dicit in q. de malo adducta, quod poſteri peccatorum, ſuppoſito quod morentur, vtique propter eorum peccatum actuale, non eſſet illis mors illata in pœnam peccati originalis, ſed in pœnam ipſorum peccati actualis; ex quo tamèn non ſequitur, quod modò mors non ſit in pœnam peccati originalis, cum omnibus iuſtis, & peccatoribus ſtatutum ſit mori in pœnam peccati originalis, ab omnibus Adæ poſteris ſecundum ſeminalem propagationem genitis in conceptione contracti, vna B. Virgine ab hac contractione excepta.

De

XVI.

SENTENTIA.

1 *Decedentes cum ſolo originali nullam patiuntur pœnam ſenſus, vel animæ afflictionem.*

RETRACTATIO.

2 *Decedentes cum ſolo originali patiuntur aliquam pœnam ſenſus, vel animæ afflictionem.*

CONSTANTIA.

62 SILVIUS 1.2. q. 85. ar. 6. queritur 2. §. *ad poſtremum,* ait, B. Thomam varijs locis loqui iuxta ſententiam eo tempore communiorem, quod homines decedentes cum ſolo originali non patiuntur pœnam ſenſus, ſi tamen ſuam ſummã Theologicã abſoluiſſet, non deeſſet ratio exiſtimandi eum in partem alteram fuiſſe declinaturũ.

63 Probat ex 3. c. g. cap. 159. vbi S Tho. habet pro abſurdo quod ſint aliqui homines, qui nec beatitudinem conſequantur, nec pœnam à Deo patiantur, eo quod iuxta Scripturam Matth. 25. omnibus in diuino

iudicio exiſtentibus dicetur, *Venite poſſidete paratum vobis regnum*, vel, *diſcedite in ignem æternum*, ſed ſi decedentes cum ſolo originali non patiuntur pœnam ſenſus, ſequeretur eos nec conſequi præmium, vt patet, nec pati pœnam ſenſus, vt ſupponitur. Ergo ſequeretur id, quod pro abſurdo S. Tho. exiſtimauit, & conſequentèr in ſumma dixiſſet; decedentes cum ſolo originali, pœnam ſenſus eſſe paſſuros.

64 Si quis diceret S. Tho. voluiſse cum ſolo originali defunctos in iudicio præſentes non futuros; ideoque de illis locutum non eſse, qui cum ſolo originali decedunt: Contra eſt; nam in cap. 5. poſterioris ad Corinth. dixit in illis verbis Apoſtoli: *omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti*, compræhenſos eſſe omnes homines bonos, & malos, magnos, & paruos; Ergo voluit pueros, cum ſolo originali defunctos in Iudicio præſentes futuros.

65 Verùm S. Thom. in q. 5. de malo ar. 2. & 3. in 2. diſt. 33. q. 2. ar. 1. & 3. p. q. 1. ar. 4. ad ſecundum affirmat homines cum ſolo originali decedentes nullam pati pœnam ſenſus, ſed tantùm pœnam damni, omni alia pœna ſenſibili, vel ignis, vel animi afflictionis ablegata; quod & docuiſſe S. Auguſtinum Enchir. cap. 93. dicit, cũ indicauit puerorũ iſtorum pœnam eſse mitiſſimam: Si verò pueri iſti de amiſsa beatitudine ſenſum afflictionis haberent, pœna eorum, inquit, eſset grauiſſima, non mitiſſima, vt patet conſideranti quantum pœna damni pœnam ſenſus excederet in eo, qui de gloriæ amiſſione doleret; ſed p. 2. q. 85. ar. 6. in arg. s. c. expreſsè, quod ſuſpicatus eſt Siluius, excluſit, cum ſe in eadem ſententia futurum conſtantem, dum peruenißet ad illam partem, quam poſtea non compleuit, dixerit his verbis: *quia pro peccato originali punirentur homines in Lymbo puerorum, vbi non eſt pœna ſenſus, vt infra dicetur*.

66 De pueris decedentibus cum ſolo originali dixit quidem S. Tho. loco cit. ex Epiſt. 2. ad Corin. præſentes

tes

Digitized by Google

tes futuros in iudicio, non vero vt ad aliquam pœnam ſenſibilem condemnarentur, ſed ex alia cauſa, quam expræſsit 4. d. 47. q. 1. ar. 3. q. 1. ad tertium dicens: *etiam pueri ante perfectam ætatem decedentes in Iudicio comparebunt, non autem vt iudicentur, ſed vt videant gloriam Iudicis*; quæ quidem erit malis Chriſti inimicis in ſupplicium, vt docet S. Doct. 4. d. 48. q. 1. ar. 2. ad quartum; ſed illis pueris non erit ex eius ſententia iſta viſio ad ſupplicium, quia non ex propria culpa iudicabuntur, vt dixit loco cit. ex. 2. ad Corinth.

67 Abſurdum verò quod S. Tho. in Sum. c. g. exiſtimauit, ſi eſsent futuri aliqui homines, qui nec præmium conſequerentur, nec pœnis punirentur; Vel eſt limitandum ad homines, qui liberi arbitrij exercitium habuerunt, & perſonales culpas commiſerunt, quod ex Textu colligi videtur, vel non coarctatur ad pœnam ſenſus, ſed ampliatur ad quodcunque genus pœnæ, ſiuè ſit ſenſibilis, ſiuè damni tantùm, nulloque modo ſenſibilis, cui pueri illi ſubiacebunt; quod S. Th. declarauit illo art. cit. ex q. de malo ad primum dum dixit: *nomen tormenti, ſupplicij, gehennæ, & cruciatus, vel ſi quid ſimile in dictis Sanctorum inuenitur, eſt largè accipiendum pro pœna, vt ponatur ſpecies pro genere: Ideò autem Sancti tali modo loquendi vſi ſunt, vt deteſtabilem redderent errorem Pelagianorum, qui aſſerebant in paruulis nullum peccatum eſſe, nec eis aliquam pœnam deberi*: ex quibus patet,

68 dum in Sacra Scriptura, vel Sanctis Patribus legitur omnes homines in Iudicio præſentes futuros, & quoſdam à Iudice vocandos fore ad poſsidendum regnum Cœlorum, quoſdam eijciendos ad æternum ignem, & ſupplicia gehennæ damnatos, nomen ignis, Gehennæ &c. importare pœnæ genus, quod ad ſolam damni ſine ſenſu in pueris illis; ad damni verò, & ſenſus in alijs Damnatis deſcendit, dum ſpecies pœnarum ſub genere tanquam partes eius ſubiectiuæ conſtituuntur.

Sanctus

XVII.

SENTENTIA.

1 *Pœna, quæ debetur remiſsa culpa, poteſt ſolui ſine gratia.*

RETRACTATIO.

2 *Pœna, quæ debetur remiſſa culpa, non remittitur ſine gratiâ.*

CONSTANTIA.

69 SANCTVS Thomas 4. d. 22. q. 1. ar. 1. ad 5. ſic ait: *Ad quintum dicendum, quod pro illa parte pœna, quæ ſibi dimiſſa eſt in Confeſſione, vel Contritione, nunquam punietur, ſed pro reſidua, in æternum tamen, vt quidam dicunt, quia ratione fori, in quo punitur, æterna pœna debetur, ſicut eſt in Venialibus, quæ in Purgatorio puniuntur pœna temporali, & in Inferno æterna; ſed hoc non videtur ſimile, quia Veniale ideò in Inferno æternalitèr punitur, quia ſemper manet, cum non ſit ibi aliquid, quod cul-*

pam

pam delere poſſit, ſed pœna ex hoc ipſo quod ſoluitur, expiatur. Et ideò alij dicunt quod pœna cuius eſt aliquis debitor poſt culpam remiſſam, in æterno punietur temporaliter; Nec propter hoc ſequitur quod ſit in Inferno redemptio, quia pœna, quæ ſoluitur, non redimitur nec eſt inconueniens quodquantum ad aliquid accidentale pœna Inferni minuatur vſque ad diem Iudicij, ſicut etiam augetur: Docet ergo S. Thomas poſſe remitti pœna, quæ ſoluenda eſt remiſsa culpa, ſine gratia; nam in Inferno concedit pœnam illam remitti, cum ſit in æterno temporalis; in Inferno autem nulla eſt gra-
70 tia, per quam remitti poſſit; ſed quod pœna non remittatur ſine gratia, dixit S. Tho. 1.2. q. 87. ar. 5. ad ſecundum per hæc verba: *hominis, qui ſine gratia*
71 *inuenitur, per quam ſolum ſit remiſsio pœnæ*; Idem repetit 3. p. q. 86. ar. 4 ad ſecundum, & ideò Nug. in addit. ad 3. p. S. Thomæ q. 14. ar 2. §. *Ad ſecundum*, ait. *Reſpondetur quod B. Thomas mutauit ſententiam; ſi quidem docet in 3. p. q. 86. ar. 4. quod etiam remiſsio pœnæ pertinet ad gratiam cooperantē, & 2.2. q. 87. ar. 5. dicit quod ſolum per gratiam ſit remiſsio pœnæ.*

72 Sed melius Caietanus 1.2. q. 87. ar. 5. ait: *Ad tertium dicitur quod etiam illa reſidua pœna æterna erit propter conditionem ſubiecti, quia, vt in littera dicitur in reſponſione ad ſecundum: remiſsio pœnæ ſit ſola gratia gratum faciente: nec oppoſitum putes docuiſſe authorem in 4. ſent. d. 22. q. 1. ar. 1. ad quintum quoniam ibi reprehenditur ſola ſimilitudo cauſæ æternitatis pœnæ in veniali, & in hoc reſiduo, & benè dicitur: Vt enim dictum eſt, in Veniali cauſa eſt duplex, ſcilicet, perſeuerantia culpæ, & ſtatus non ſatisfactorius; in hoc reſiduo cauſa eſt ſolus ſtatus, & ibi diſsimilis ratio redditur quoad primam cauſam; hic verò ſola ſecunda cauſa, quæ communis eſt omnibus, ponitur. Nec rursùs accipias reſponſionem ibidem*

ſecundo

Digitized by Google

ſecundo loco datam, *niſi recitatiuè; ipſe namque ex propria mente determinat hic, quod in eodem* 4 *d.* 15. *quæſt.* 1. *ar.* 3. *quæſt.* 2. *docuerat*. Hucuſque Caietanus, cui Lugo de Pænit. diſp. 10. ſect. 2. num. 35. ſubſcribit, vt apparet; dicit enim: *ubi tamen*: hoc eſt S. Th. in 4. diſt. 22. q. 1. ar. 1. ad quintum: *aliorum ſolùm ſententias referre videtur*.

Re-

XVIII.

SENTENTIA.

1 *Regimen vnius non eſt optimum.*

RETRACTATIO.

2 *Regnum eſt optimum regimen populi.*

CONSTANTIA.

73 SANCTVS Tho. 1.2. q. 95. ar. 4. in cor. ſic ait: *Eſt & aliquod regimen ex iſtis commiſtum, quod eſt optimum*: Vbi videtur negare regimen vnius eſſe optimum; quod tamen dixit infra q. 105 ar. 1. ad ſecundum per hæc verba: *Regnum eſt optimum regimen populi*, idem repetit 2.2. q. 50. ar. 1. ad ſecundum quod probat p. p. q. 103. ar. 3. & confirmat 4. c. g. cap. 76.

74 Reſpondet Caietanus: *Primo regimen vnius eſſe optimum reſpectu ſimplicium, non verò reſpectu commiſti. Secundo regimen vnius eſſe optimum ſecundum ſpeciem, commiſtum verò reſpectu diſpoſitionis partium, vt explicat S. Tho. 1.2. q. 105 art. 1. c. Tertio regimen commiſtum eſſe optimum, quia addit bonita-*

tes adiunctas ad regimen vnius: Concludit Caiet.
Primus ſermo quod regimen vnius ſit optimum, ample-
ctendus eſt ſimpliciter. Secundus autem, ſcilicet, quod
regimen commiſtum ſit optimum, piè explicandus, &
non extendendus eſt, ne ſit cauſa erroris, & hanc ter-
75 *tiam reſp. inquit, ſequere Vir docte.* Alij reſpon-
dent S. Tho. 1.2. q. 95. loqui de regimine, quod eſt
optimum, attenta huius vitæ imperfectione, & cir-
cunſtantijs diuerſis, Sic enim regimen commiſtum eſt
optimum, quia, vt ſic, in regimine aſſumitur ad Prin-
cipatum ne dum vnus, ſed etiam alij ex multitudine,
ſiue optimatū ſiuè plebis: & ita cùm regimen ſit etiam
apud multitudinē, faciliùs ſatisfit dominandi libidini,
pronitati ad honores, auaritiæ, alijsq; incommodis, quæ
in hac miſeria ex præſentis ſtatus imperfecta conditione
frequentèr in populis inueniuntur. In alijs verò locis
loquitur S. Thom. de regimine prout ſimpliciter, &
abſolutè eſt optimum, quod eſt illud, quod
exiſtit tantum apud vnum. Ita
Siluius 1.2.q. 95. ar. 4.
Serra ibi-
dem,
alijq: Thomiſtæ
&c.

Nullus

XIX.

SENTENTIA.

1 *Nullus poteſt ſibi mereri reparationem poſt lapſum futurum, neque merito condigni, neque merito congrui.*

RETRACTATIO.

2 *Poteſt homo mereri de congruo prædictam reparationem.*

CONSTANTIA.

76 SANCTVS Thomas 1.2. q. 114. ar. 7. c. ſic ait: *Nullus poteſt ſibi mereri reparationem poſt lapſum futurum, neque merito condigni, neque merito congrui*: oppoſitum videtur dicere lec. 3. ad cap. 6. Epiſtolæ ad Hebræos, his verbis: *homo qui cadit poſt gratiam, dupliciter poteſt ſe habere; Vno modo, quod in malo perſeueret, & tunc Deus omnes iuſtitias eius obliuiſcitur: Alio modo, quod pœniteat, & tunc bonorum præcedentium recordatur, quia reputantur ſibi ad meritum*, & poſt pauca ſubdit: *duplex eſt meritum, vnum quod innititur iuſtitiæ, & iſtud eſt meritum condigni,*

Digitized by Google

aliud quod ſoli miſericordiæ innititur, quod dicitur meritum congrui, & de iſto dicit quod iuſtum eſt, ideſt congruum, quod homo, qui multa bona fecit, mereatur.

77 Bellarm. Tom. 4. Cont. de Iuſtificatione Lib. 5.cap. 22. Lorca, & Siluius ſuper præfatum articulum, ſuſpicantur S. Thomam oppoſita ſupradictis locis docuiſse; ſed Serra ibidem ſic ait: *ne cogamur aſſerere S. Doctorem ſibi eſſe contrarium, aut ſententiam, quam docuerat (in lec. ſuper Epiſtolam ad Hebreos) hic (ſcilicet p. 2. q. 114. ar. 7.) retractaſſe, ipſum explicare poſſumus locutum fuiſse, ibi, de merito congrui latè, & impropriè ſumpto, hic verò, de eo propriè, & ſtrictè accepto. Eſt enim aliqua congruitas, vt Deus illum conuertat, qui antequam peccaret, multa bona fecerat; non eſt tamen propriè ratio meriti de congruo, quia eius efficacia impeditur per peccatum ſequens:* ſupra ar. 5. fuſius explicat Serra rationem meriti de congruo latè accepti, dum dicit: *meritum quodc unq; etiam congruum propriè, & ſtrictè ſumptum, relationem dicit ad præmium. At qui tenetur alicui ad ſatisfactionem pro iniuria, & eſt illi inimicus, nullo modo poteſt ab eò aliquid mereri; ergo cum peccator ſit Dei inimicus, cui tenetur pro iniuria ſatisfacere, & cum iuſtificatur, remiſsio peccatorum non detur ei vt præmium, non dicetur propriè, & ſtrictè mereri de congruo ſibi primam gratiam, ſed ſolùm latè, et impropriè meritum vocando &c.*

Ex Secunda Secundæ Summæ.

XX.

SENTENTIA.

1 *Articulus fidei eſt veritas, quæ arctat nos ad credendum.*

RETRACTATIO.

2 *Quod habet ſpecialem difficultatem in fide, & cuius ſuppoſitio non dependet ab alio ſuppoſito, eſt Articulus fidei.*

CONSTANTIA.

78 CORNEIO in 3. p. S. Thomæ q. 75. diſp. 1. dub. 2. ſuper art. primum ſibi obijcit in maiori cuiuſdam argumenti hanc propoſitionem: *illa veritas eſt articulus fidei, quæ arctat nos ad credendum fide diuina*, & ſubiungit: *Maior probatur, quia illa eſt diffinitio articuli fidei, vt docet S. Th. in 3. diſt. 25. q. 1. ar. 1. quæſtiuncula 1.* Sed dum argumento reſpondet, negat maiorem, & ad probationem dicit: *quod S. Tho. mutauit ſententiam 2. 2. q. 1. ar. 6. ad tertium, & ſequitur: Vndè diffini-*

diffinitio articuli fidei eſt, quod ſit veritas catholica, & veluti principium in materia fidei, omnibus credendum explicitè propoſitum, continenſque ſpecialem difficultatem, vt credatur. Verùm nulla eſt vel apparens ratio, qua ſuſpicari quiſquam poſſit S. Thomam in aſſignanda diffinitione articuli fidei aliud ſenſiſse 2.2. loco cit. ab eo, quod ſcripſerat in 3. ſent. loco pariter citato.

79 Quod vt manifeſtius fiat, ſuppono diffinitionem articuli fidei, quam tradit Cornejo, deſumptam eſſe ex S. Tho. in 3. ſent. vbi ſupra in c. quæſtiunculæ; ibi enim ſic ait: *illud quod habet ſpecialem difficultatem in fide, & cuius ſuppoſitio non dependet ab alio ſuppoſito, propriè dicitur articulus fidei:* quam diffinitionem confirmauit S. Tho. 2.2. loco cit. in c. dum dixit: *& ideò vbi occurrit aliquid ſpeciali ratione non viſum, ibi eſt ſpecialis articulus; vbi autem multa ſecundum eandem rationem ſunt cognita, vel non cognita, ibi non ſunt articuli diſtinguendi, ſicut aliam difficultatem habet ad videndum, quod Deus ſit paſſus, & aliam, quod mortuus reſurrexerit; & ideò diſtinguitur articulus reſurrectionis, ab articulo paſſionis, ſed quod ſit paſſus, mortuus, & ſepultus, vnam, & eandem difficultatem habet, ita quod vno ſuſcepto, non eſt difficile alia ſuſcipere, & propter hoc omnia hæc pertinent ad vnum articulum.*

80 Diffinitionem Articuli fidei, quam tradidiſſe Richardum de S. Victore S. Tho. retulit in 3. ſent. loco cit. ipſe nuſquam veluti bonam approbauit, ſed in 3. tantum de ea querebat. *Vtrum eſſet competens*, & in corp. quæſtiunc. nihil aliud reſpondit, quā Richard. in ea tradenda ſequutum fuiſſe proprietatem nominis, dicendo (quod eſt indiuiſibilis veritas; nam articulus nomen græcum importat indiuiſibilem) & etymologiam ſecundum quod ſonat in lingua latina, dicendo (quod arctat nos ad credendum) idem docuit 2.2. loco cit. ad tertium dum loquendo de eadem Richardi diffini-

diffinitione eius ſuppræſſo nomine, inquit: *Illa diffinitio datur de articulo magis ſecundũ quandam etymologiam nominis, prout habet deriuationem latinam, quàm ſecundum veram eius ſignificationem, prout à græco*
81 *deriuatur; vndè non eſt magni ponderis*: In vtroque igitur loco S. Doctor agendo de diffinitione Richardi, eius mentem more ſuo, quo ſemper Patribus fauebat, eam ab obiectionibus defendit in tertio, dum de ea ageret ex profeſſo; ſed 2. 2. dum non ageret ex profeſſo de mente Richardi interpretanda, ſed de modo, quo credibilia per certos articulos diſtinguuntur, quæreret, diffinitionem Richardi dixit dari ſecundum etymologiam, & ſignificationem, quam ipſe putabat à græco deriuare; quod etiam dixit in tertio, vt patet: ſed eam ſignificationem S. Thomas nunquam veram eſſe dixit, nec vnquàm totam illam diffinitionem approbauit, ſed ad bonum ſenſum conabatur eam reducere, vt patet, reſpondendo ad obiectiones, quibus ſubiacebat, præcipuè ad illam maioris apparentiæ, qua illi imponebatur, quod poneret neceſſitatem ad credendum, cui reſpondet in 3. ſent. loco cit. ad tertium, quod in illa diffinitione arctatio importat neceſſitatem finis, non coactionis, vt etiam dicit 2. 2. loco cit. ad tertium.

82 Hic notandum eſt quanta fuerit S. Thomas modeſtia Patres proſequutus; nam, cum 2. 2. in illa reſponſione ad tertium ſcribere vellet Richardi diffinitionem non eſſe magni ponderis, in argumento 3. ob reuerentiam ſuppræſſit nomen Richardi eius authoris, & ſcripſit: *ſicut à quibuſdam dicitur, Articulus &c.*

Ra-

XXI.

SENTENTIA.

1 *Ratio ſpeculatiua perficitur per intellectum, practica verò per conſilium.*

RETRACTATIO.

2 *Intellectus non ſolum ſe habet circa ſpeculanda, ſed etiam circa operanda.*

CONSTANTIA.

83 IN 3. d. 34. q. 1. ar. 2. & p. 2. q. 68. ar. 4. S. Tho. ait: *Ad apprahentionem igitur veritatis, perficitur ſpeculatiua ratio per intellectum, practica verò per conſilium*: Retractat S. Tho. hanc ſententiam 2. 2. q. 8. ar. 6. per hæc verba: *Videtur autem quibuſdam quod donum intellectus diſtinguatur à dono ſcientiæ, & conſilij per hoc, quod illa duo pertineant ad practicam cognitionem; donum autem intellectus ad ſpeculatiuam, &c. ſecundum hoc ſupra numerum donorum aſſignauimus: ſed diligentèr intuenti, intellectus non ſolum ſe habet circa ſpeculanda, ſed etiam circa operandi, vt dictum eſt.*

84 Veruntamèn ſententiam illam aſſerentem donum intellectus perficere tantùm partem ſpeculatiuam, nunquam

quam S. Thom. docuit ex proprio ſenſu, ſed èam attulit, vt referret congruentias, quibus plures vſi ſunt ad aſſignandam rationem aliquam numeri ſeptenarij donorum Spiritus Sancti, qui numerus ex authoritate Scripturæ probatur à priori; patet hoc ex loco adducto 3. ſent. vbi plures recitat rationes congruas à diuerſis adductas de ſeptenario numero Donorum, & tandèm concludit: *Sed prima aſſignatio magis videtur accepta ſecundum proprias rationes donorum*: Vbi ly, *videtur*, diſignat locutum eum non fuiſſe niſi opinando, non affirmando, vt Concluſione XLI. ſupra dictum eſt, & infra XXXVIII. dicemus, quod in 2.2. loco cit. confirmat ſuiſmet verbis, dum inquit: *Videtur autem quibuſdam quod donum intellectus, &c. & ſecundum hoc ſupra (hoc eſt p. 2. q. 68. art. 4.) numerum donorum aſſignauimus*: vbi ſe declarat in loco cit. 1.2. non loquutum fuiſſe niſi ſequendo quod quibuſdam videbatur; poſtea 2.2. ſuam ſententiam propalauit, relictis modis, quibus alij ſeptenarij Donorum numeri rationes congruas exponebant.

XXII.

SENTENTIA.

1 *Chriſtus inquantum homo vouit vt ſe daret pro ſalute fidelium.*

RETRACTATIO.

2 *Chriſto ſecundum quod eſt homo non competit vouere.*

CONSTANTIA.

85 SANCTVS Thomas in Pſal. 21. ibi: *Vota mea reddam in conſpectu timentium eum*, dicit: *Votum Chriſti fuit vt ſe daret pro ſalute fidelium; ipſe enim illud vouit inquantum homo*: Sed 2.2.q.88. ar. 4. ad tertium dicit: *Chriſto ſecundum ſe non competit vouere, tum quia Deus erat, tum etiam quia inquantum homo habebat voluntatem firmatam in bono quaſi comprehenſor exiſtens, quamuis per quãdam ſimilitudinem ex perſona eius dicatur in Pſal. ſecundũ gl. Vota mea reddam in conſpectu timentium eum, loquitur autem de corpore ſuo, quod eſt Eccleſia.*

86 Reſpondent communitèr Thomiſtæ, S. Thom. voluiſſe

luiſſe Chriſtũ fuiſſe capacem Voti,ſed quia nõ erat in eo eadem ratio vouendi,quæ eſt in nobis, ideo 2.2.negauit quod Chriſto ſecundum ſe competeret vouere . ſi verò Chriſtus Dominus vouiſſet , hoc feciſſet , non ad firmandam ſuam voluntatem in bono , quæ eſt ratio propter quam nos vouemus , ſed ad offerendum Deo obſequium , & vt eius actus eſſet perfectior, vt loquitur Siluius 3. p. q. 40. ar. 3. §. *Deindè* : Suarez Tom. 3. 3. p. diſp. 28. ſec. 2. §. *ex quo* hoc idem de mente S. Thomæ iudicat , addens eundem S. Doctorem voluiſſe in Chriſto fuiſſe ſpecialem cauſam,ob quam Voto non indiguerit , quod rectè probant,inquit , rationes eius : An verò de facto vouerit nec ne , proſequitur Suarez : *Videtur conſultò S. Thomas prætermiſiſſe , (ſcilicèt , in 3. p. q. 40.) propter rei incertitudinem , quod ſanè conſilium eligendum nobis eſt , ne rem nouam , & incertam ſimplicitèr affirmare videamur* : Siluius verò 2.2. vb. ſup. inquit: *& ſi Chriſto non competeret vouere ob eandem rationem , ob quam nobis conuenit , veriſimiliùs tamen eſſe quod verè ac propriè vouerit.*

XXIII.

SENTENTIA.

1 *In docendis liberalibus artibus committitur Simonia, ſi vendatur finis, qui ſpiritualis eſt.*

RETRACTATIO.

2 *Qui venderet veritatem, grauitèr tantum peccaret.*

CONSTANTIA:

87 SANCTVS Thomas quodl. 8. ar. 11. ſic ait: *Sicut docere liberales artes, quarum veritas ſpiritualis eſt &c. & in his actibus ſimonia committitur, ſi vendatur finis, qui ſpiritualis eſt ſcilicèt, ipſa veritas*, quod in 4. d. 25. q. 3. ar. 2. q. 2. c. & ad 8. etiam ſentire videtur.

88 Sed 2. 2. q. 100. ar. 3. ad 3. dicit: *Si autem ex officio ad hoc teneretur, intelligeretur ipſam vendere veritatē, vndè grauitèr peccaret.*

89 Siluius 2. 2. quæſt. præfata quer. primo *pro explicatione reſponſionis ad tertium neque refert*, inquit, *quod*

quod B.Thom. quodl. 8. ar. 11. ſcribit committi Simoniam, ſi vendatur veritas; cum enim hic ſolùm dicat grauitèr peccare, aut retractat, aut interpratatur id, quod ibi ſcripſerat.

Suarez Tomo primo de Relig. lib. 4. de Simonia cap. 8. num. 11. inquit: *Atque hoc ſignificauit D.Th. in dicto ar. 3. (ſcilicèt q. 100. 2.2.) mutando loquendi modum, quem in quodlibetis tenuerat, vbi venditionem veritatis naturalis vocat Simoniam, in dicto tamen ar. 3. ſolum dicit grauitèr peccare, qui ſic vendit veritatem, & eodem modo loquitur in* 4. (ſcilicèt, diſt. 25. ſupra allegata.)

90 Veruntamèn Simoniacum eſſe eum, qui directè intendit vendere veritatem; ſentiunt poſt D. Thomam, plures inſignes Canoniſtæ, & Theologi, vt aduertit idem Suarez vbi ſupra num. 5. vndè non video cur ſuſpicandum ſit S. Thomam ſe retractaſſe, cum dixit 2.2. citata id facere eſſe graue peccatum; cum enim de peccati ſpecie nullam ibi mentionem fecerit, ſed locutus tantùm fuerit in generali: illud graue peccatum ad Simoniam pertinere voluiſſe opinari nihil prohibet, & conſequentèr S. Doctorem in eadem ſententia fuiſſe conſtantem euidenter conuincitur.

Con-

Digitized by Google

XXIV.

SENTENTIA.

1 *Contrahentes ſunt miniſtri Sacramenti Matrimonij.*

RETRACTATIO.

2 *Sacramentum Matrimonij Sacerdotis benedictione perficitur.*

CONSTANTIA.

91 SILVIUS 2.2. q. 100. ar. 2. concl. 3. §. *Quæ in reſponſione ad ſeſtum* dicit S. Thomam non fuiſſe omninò reſolutum in quæſt. de miniſtro Sacramenti Matrimonij; quamuis enim in 4. (videlicet diſt. 26. q. 2. ar. 1. ad primum, & diſt. 28. q. 1. ar. 3. ad ſecundum) locutus fuerit ac ſi ipſi contrahentes eſſent miniſtri huius Sacramenti; 2.2. tamen loco ſupradicto loquitur ac ſi Sacramentum Matrimonij Sacerdotis benedictione perficeretur; ſic enim ait: *dare pecuniam pro Matrimonio,*

in-

inquantum eſt Eccleſiæ Sacramentum, eſt illicitum; & ideò ſecundum iura prohibetur ne pro benedictione nubentium aliquid exigatur, ex quibus non immeritò dubitari poteſt, inquit Siluius, ſi ſummæ Theologicæ Partem Tertiam abſoluiſſet, an non ſcripſiſſet miniſtrum Sacramenti Matrimonij eſſe Sacerdotem, cuius eſt benedictionem impertiri nubentibus. Idem Siluius ſupl. quæſt. 42. ar. 1. quer. primo in reſponſione ad quintum ait S. Thomam ſaltim iuniorem nihil hac in re certi habuiſſe, ſed locis ex 4. vbi ſupra obiectis opponit.

92 Primo quod S. Thomas ait 4. diſt. 17. q. 3. ar. 3. quæſtiuncula 1. in cor. ſcilicèt: *ſolus ille miniſter eſt Sacramentorum, in quibus gratia datur, qui habet miniſterium ſuper Corpus Chriſti verum, quod ſolius Sacerdotis eſt*. Sed Matrimonium eſt Sacramentum, in quo gratia datur; ergo in ſententia S. Thomæ ſolus Sacerdos eſt eius miniſter.

93 Secundo diſt. 18. q. 2. art. 2. quæſtiuncula 2. c. inquit S. Tho. *Sacramenta, in quibus gratia confertur, diſpenſare ad ſolos Sacerdotes pertinet*.

94 Tertio 4. diſt. 23. q. 2. ar. 1. q. 1. c. iterum ait: *& ideò nullius Sacramenti diſpenſatio laico ex officio competit*.

95 Quarto 4. d. 39. q. 1. ar. 2. ad primum iterum ait: *quamuis infidelibus non competat Matrimonium ſecundum quod eſt Sacramentum in diſpenſatione Miniſtrorum Eccleſiæ conſiſtens*.

96 Quinto 4. c. g. cap. 73. iterùm ait: *ea, in quibus gratia illuminans mentem confertur; exhibere ſolum pertinet ad Sacerdotes*, & cap. 78. inquit, *Matrimonium inquantum ordinatur ad bonum Eccleſiæ, oportet quod ſubiaceat regimini Eccleſiaſtico; ea autem, quæ per miniſtros Eccleſiæ diſpenſantur, Sacramenta dicuntur. Matrimonium igitur ſecundum quod conſiſtit in coniunctione maris, & fœminæ intendentium prolem ad cultum Dei generare, & educare, eſt Eccleſiæ Sacramen-*

men-

Digitized by Google

mentum. Vndè & quadam benedictio nubentibus per miniſtros Eccleſia adhibetur.

97 Sexto 3.p.q. 83.ar.3.ad octauum dicit S.Th. *diſpenſatio Sacramentorum pertinet ad miniſtros Eccleſia.*

98 Tandem Siluius adducta illa authoritate S. Doctoris 2.2. ſupra recenſita, concludit: *Meritò videbitur Sacerdotem pro miniſtro fuiſſe agniturus (ſcilicèt S. Th.) ſi tertiam ſumma ſuaTheologica Partem compleuiſſet.*

99 Melchior Cano, cui Siluius conſenſit, quemque pro primo aſſerente Sacerdotem eſſe miniſtrum Sacramenti Matrimonij habere poſſumus, (ſi Soto credamus, qui 4. d. 26. q. 2. ar. 3. §. *hanc autem opinionem*, dixit ex ijs, qui ante ſua tempora ſcripſerunt, neminem illius opinionis aſſertorem fuiſſe, ſeu de ea meminiſſe, ſed vniuerſos, nemine excepto, faſſos fuiſſe, Sacerdotis miniſterium in Sacramento Matrimonij non eſſe de eſſentia, ſed de ſolemnitate Sacramenti, de Locis lib. 8. cap. 5. dicit: *D. Thomas, licet in ſcriptis communes ferè opiniones ſequeretur, ſed à veritate tandem, rationeque coactus, noſtra opinioni ſubſcripſit; Cum enim in 4. d. 1. q. 1. ar. 3. docuiſſet verba in omni Sacramento neceſſaria eſſe, quinto id argumento impugnauit in hunc modum; Pœnitentia, & Matrimonium ſunt Sacramenta, ſed de integritate eorum non ſunt verba &c. Cui argumento ille quidem reſpondit, quod Matrimonium, ſecundum quod eſt in officium, & Pœnitentia, ſecundum quod eſt virtus, non habent aliquam formam verborum, ſed ſecundum quod vtrumq; eſt Sacramentum in diſpenſatione miniſtrorum Eccleſia conſiſtens, vtrumque habet aliqua verba.*

100 Bannes p. p. q. 1. ar. 8. dub. vlt. ad tertium vult S. Thomam ſententiam de miniſtro Sacramenti Matrimonij ſub dubio reliquiſſe, neque aliquid certi definiuiſſe.

101 S.Thomam in ea ſententia fuiſſe, quod Sacerdos non ſit Matrimonij Sacramenti miniſter, clarè patet ex eius

ſcripto

ſcripto ſuper diſt. 26. & 28. quarti ſententiarum, vbi contrahentes conſtituit huius Sacramenti miniſtros, & benedictionem Sacerdotis decernit eſſe quid Sacramentale: Sic enim ait 4 diſt. 26. q. 2. ar. 1. ad primum: *Verba, quibus conſenſus matrimonialis exprimitur, ſunt forma huius Sacramenti, non autem benedictio Sacerdotalis, quæ eſt quoddam Sacramentale, & diſt. 28. q. 1. ar. 3. ad ſecundum inquit; & ideò Sacerdotis benedictio non requiritur in Matrimonio quaſi de eſſentia Sacramenti*, & in 4. ad Anib. diſt. 1. q. 1. ar. 3. ad tertium inquit: *In Matrimonio ſunt quædam de præſenti exprimentia conſenſum, & benedictiones ab Eccleſia inſtitutæ*: Ergo benedictiones voluit ſuperuenire Sacramento Matrimonij accidentaliter, nam eſſentialia Sacramenti non ab Eccleſia, ſed à Chriſto ſunt inſtituta,

102 S. Thomam docuiſſe miniſtros Sacramenti Matrimonij eſſe ipſos contrahentes, ex optima coniectura deduxit Coninch. de Sacrament. diſp. 24. dub. 3. n. 29. §. *nec refert*, vbi aduertit Sac. Conc. Florentinum, dum eſſentialia cuiuſcunque Sacramenti decernit, de Sacramento Matrimonij ita dixiſſe: *Septimum Sacramentum eſt Matrimonium, quod eſt ſignum coniunctionis Chriſti, & Eccleſiæ ſecundum Apoſtolum, cauſa efficiens Matrimonij regulariter eſt mutuus conſenſus per verba de præſenti expreſſus*: quæ verba, vno atque altero ad maiorem explicationem addito, deſumpſit Concilium ex arg. ſ. c. illius art. 3. q. 1. S. Thomæ ſuper d. 28. quart. ſentent. Voluit ergo Sac. Concilium, cum hæc verba in ſuum decretum tranſtulit, approbare S. Thomæ doctrinam ibi traditam, qua ſtatuit Matrimonium clandeſtinum, quod adhuc non erat ab Eccleſia irritum declaratum, fuiſſe tunc Sacramentum, ſicut modo eſt vbi Conc. Trid. non eſt receptum; ſed Matrimonium clandeſtinum ſine Sacerdotis miniſterio fit, ergo in ſententia S. Thomæ à Conc. approbata in Sacramento Matrimonij Sacerdos non

I eſt

eſt miniſter, ſed ipſi contrahentes.

103 Quod erò nunquam S. Tho. ab hac ſententia receſſerit, patet, ſi in legitimo ſenſu ſupra adducta eius verba accipiantur.

104 Ad primum reſp. S. Thomam 4. d. 28. q. 1. art. 3. ad ſecundum claram poſuiſſe differentiam inter cœtera Sacramenta,& Sacramentum Matrimonij; ait enim: *Actus noſter in Pœnitentia, quamuis ſit de eſſentia Sacramenti, non eſt tamen ſufficiens ad inducendum proximum effectum Sacramenti, ſcilicèt, abſolutionem à peccatis; ſed in Matrimonio actus noſtri ſunt cauſa ſufficiens ad inducendum proximum effectum, qui eſt obligatio, quia quicunque eſt ſui iuris, poteſt ſe alteri obligare, & ideò Sacerdotis benedictio non requiritur in Matrimonio quaſi de eſſentia Sacramenti*: Igitur S. Tho. dum inquit in omnibus Sacramentis, in quibus confertur gratia, miniſtrum eſſe Sacerdotem, intelligendus eſt reſpectiuè, & ſecundum accomodam vnicuique Sacramento rationem, ac ſi diceret, in Matrimonio erit Sacerdos miniſter, non de eſſentia Sacramenti; miniſtrum enim huius Sacramenti iam conſtituerat contrahentes, ſed Sacerdos dicitur miniſter, quia authoritate publica approbat Matrimonium contractum, & benè præcando benedicit contrahentibus cæremonijs Sacris, quæ non niſi Sacerdotis miniſterio adiungi debent.

105 Ad ſecundum, tertium, quartum, quintum, & ſeſtum reſpondetur S. Thomam, dum inquit Sacramenta, in quibus confertur gratia, & poſteà in ſpecie, Matrimonij Sacramentum diſpenſare ad ſolos Sacerdotes pertinere, intendiſſe cum ſupradicta differentia hæc eſſe accipienda, ac ſi diceret, Sacerdotes diſpenſant Sacramentum Matrimonij, quia ad Sacerdotes pertinet aptos ad contrahendum in Sacramento Matrimonij admittere, & ineptos ob dirimens aliquod impedimentum reijcere, cum Matrimoniales cauſas Eccleſia iudicet, quia ad Sacramentum ſpectant; ſicut dici-

Digitized by Google

dicitur aquam putei diſpenſare, qui, volentes haurire, ſuo arbitrio admittit, aut arcet, vt loquitur Coninch. vbi ſupra ad 15. Merita verò contrahentium non ſpectat ad Parochum examinare, vt dixit Lugo de Sacramentis diſp. 8. ſect. 13. nu. 216.

106 Bellarm. Contr. Tom. 3. de Matrimonij Sacramento, lib. 1. cap. 8. ad loca à Cano adducta ad probandum in ſententia S. Thomæ Sacerdotem eſſe miniſtrum Sacramenti Matrimonij; reſpondet. Ad primum, quod extat in 4. d. 1. q. 1. ar. 3. ad primum S. Thomam ibi docere ad Pœnitentiam, prout eſt virtus & ad Matrimonium, prout eſt in officium naturæ, non requiri verba determinata, ſed nutus, & ſigna quælibet ſufficere. At verò vt Pœnitentia, & Matrimonium ſunt Sacramenta, in diſpenſatione miniſtrorum Eccleſiæ conſtituta, requiri determinata verba.

107 Sed hæc reſponſio non videtur eſſe ad mentem S. Thomæ, nam vt diximus, per diſpenſationem miniſtrorum Eccleſiæ S. Tho. non intendit niſi aliquam accidentalem ſolemnitatem, quæ exercetur circa Sacramentum Matrimonij per Sacerdotes, quod verò verba determinata in Sacramento Matrimonij æquè requirantur ac in Sacramento Pœnitentiæ S. Tho. non dixit, ſed per verba determinata ibi accepit aliquid extrinſecum neceſſariũ in vtroq; Sacramento, vel ex parte materię vel ex parte formę, quod ſi fieret per verba, expreſſius, & perfectius fieret, cũ verba inter ſigna principatũ obtineant, vt dixit Aug. in lib. de Doctr. Chriſt. & probauit S. Th. ad Anib. in 4. d. 1. q. 1. ar. 3. c. ſed in Sacramento Pœnitentiæ ex parte formæ requiruntur verba ex inſtitutione Chriſti, vt docet ipſe S. Doctor 3. p. q. 84. ar. 3. ex parte verò materiæ poſſunt verba ſuppleri per ſigna, vt patet in Confeſſione facta per nutus, vt aduertit S. Tho. ſuppl. q. 9. art. 3. ad ſecundum; attamen in Sacramento Matrimonij, tam illud, quod ſe tenet ex parte materiæ, quam ex parte formæ, ſuppleri poteſt per nutus, & ſigna, vt ipſe S. Thomas di-

Digitized by Google

xit ad Anib. vbi ſupra ad tertium: *Vtrumque inquit (ſcilicet Pænitentia, & Matrimonium) habet aliqua verba; ſicut in Matrimonio ſunt quædam de præſenti exprimentia conſenſum; in Pœnitentia autem eſt abſolutio Sacerdotis verbotenùs facta*: Vbi notandum eſt S. Thomam in cor. art. docuiſſe, ideò dici Sacramenta nouę legis conſiſtere in rebus, & verbis, quia verba ſunt expreſſiora ſigna, & perfectiùs ſignificant, ſed poſtea in reſponſione ad tertium deſcendendo ad Sacramenta Pœnitentiæ, & Matrimonij, in quibus verba ſuppleri poſſunt per ſigna in materia, vel forma vt dictum eſt, in Pœnitentia requiſiuit verbalem abſolutionem, innuendo verba non exigi ex parte materiæ, ſed in Matrimonio non requiſiuit niſi quædam exprimentia conſenſum de præſenti; nulla facta mentione de Verbis, quia hæc expreſſio, quamuis perfectius fieret per verba, poſſet tamen fieri etiam per nutus, qui ibi locum verborum obtinent, vt dixit S. Thom. ſuppl. q. 45. ar. 2. ad ſecundum, & ad Anib. vbi ſupra in illa reſponſione ad tertium dum ait: *Vel dicendum quod in his vt Sacramenta ſunt, requiruntur aliqua ſigna loco verborum*.

108 Authoritatem, quam Cano adduxit ex S. Thomæ ſumma c. g. lib. 4. cap. 78. ſic interpratatur Bellarm. loco cit. ſcilicèt, S. Thomam ibi probare Matrimonium eſſe Sacramentum à ſigno, & coniecturis; Eſt enim ſignum huius rei, quod matrimonium Sacerdotali benedictione ornetur, & quod ad Eccleſiæ miniſtros pertineat cauſas Matrimoniales iudicare; quam reſponſionem priùs, ſed breuiùs inſinuauerat Soto vbi ſupra.

109 Ad authoritatem S. Thomæ adductam à Siluio ex 2.2. in qua S. Tho. docet illicitum eſſe dare pecuniam pro Matrimonij Sacramento; vndè per Iura prohibetur, ne pro benedictione nubentium aliquid exigatur, ex quibus Siluius deducit S. Thomam inclinaſſe in illam ſententiam, qua tenetur Sacerdotis benedictione Matrimonij Sacramentum perfici.

110 Reſp.

110 Reſp. S. Thomam nunquam in illam ſententiam inclinaſſe, quod patet ex allatis ſupra eius verbis, in quibus ex profeſſo agendo de Matrimonij Sacramento, ab ea ſe prorſus alienum oſtendit.

111 Etſi docuit exigere prætium pro benedictione, quæ à Sacerdote nubentibus datur, eſſe Simoniacum, noluit in hoc inſinuare Sacerdotis benedictione Sacramentum Matrimonij perfici, ſed cum locis ſupra adductis ex 4. ſent. docuiſſet benedictionem illam eſſe quid Sacramentale ab Eccleſia inſtitutum, conſequenter docuit Simoniacum eſſe prætium pro ipſa exigere, quod omnibus purè Sacramentalibus eſt commune, vt dixit Suarez de Relig. Tomo primo de Simonia lib. 4. cap. 14. num. 2. ſpecialem mentionem faciens de benedictione nuptiali.

Digitized by Google

XXV.

SENTENTIA:

1 *Qui peccat in die feſto, non agit contra præceptum obſeruantiæ Sabbati.*

RETRACTATIO.

2 *Magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die feſto, quam qui aliud corporale opus licitum facit.*

CONSTANTIA

112 SANCTVS Thom. 3. d.37. q. 1. ar. 5. q. 2. ad ſecundum ſic ait: *opera ſeruilia myſticè intelliguntur peccata, ſed ad litteram opera ſeruilia dicuntur, ad quorum exercitium ſeruos deputatos habemus, in quibus debent artes mechanicæ dirigere, quæ contra liberales diuiduntur*: Si ergo peccatũ non eſt opus ſeruile ſecundum litteram, qui peccat in die feſto, non agit contra præceptum obſeruantiæ Sabbathi.

113 Oppoſitum videtur dicere 2. 2. q. 122. ar. 4. ad tertium dum ait: *opus autem ſeruile dicitur à ſeruitute;*

Digitized by Google

tute; eſt autem triplex ſeruitus. Vna quidem qua homo ſeruit peccato, ſecundum illud qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, & ſecundum hoc, omne opus peccati dicitur ſeruile &c. Sed alia opera ſeruilia, quæ dicuntur ſeruilia primo vel ſecundo modo, contrariantur obſeruantiæ Sabbathi, inquantum impediunt applicationem hominis ad diuina; Et quia magis homo impeditur à rebus diuinis per opus peccati, quam per opus licitum, quamuis ſit corporale, ideò magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die feſto, quàm qui aliud corporale opus licitum facit: Ergo in ſententia S. Thomæ peccatum eſt ſecundum litteram opus ſeruile, & qui peccat in die feſto, agit contra præceptum obſeruantiæ Sabbathi.

114 Reſpondet Caietanus 2.2. in Commentario illius articuli; *Opus ſeruile ad litteram non eſt peccatum, tum quia non propriè, ſed metaphoricè ſeruile opus dicitur de peccato, ſicut eſſe ſeruum peccati metaphoricè dicitur de faciente peccatum; nam nullus eſt ſeruus ſui ipſius &c. tum quia author in 3. ſent. diſt. 37. ar. 5. expreſſè dicit, quod opera ſeruilia myſticè dicuntur peccata; & hic in reſponſione ad primum reſpondendo ad eandem Ambroſij authoritatem, ſcilicet ad id, quod dicebatur legem prohibere hominem in Sabbatho grauari peccatis, inquit, quod ceſſare à peccato pertinet ad ſenſum miſticum moralē huius præcepti. Ad obiectionem autem in oppoſitum dicitur dupliciter. Primo quod author ibi loquitur de hoc præcepto ſpiritualiter intellecto, Vel, & meliùs, quod loquitur de hoc præcepto quantum ad ſuū finem, qui nō eſt in præcepto, vt patet ex eius ratione, quia ſcilicet magis impediunt peccata applicationem hominis ad diuina, quam corporalia opera licita*: Eodem modo exponit S. Tho. Suarez Tomo primo de Relig. Tract. 2. lib. 2. cap. 18. nu. 17. ſubdens: *Et ita magis videtur comparatio fieri inter opera ſecundū ſe ſpectata, quā vt ſunt materia talis præcepti; nam hoc poſteriori modo magis eſt contra ſub-*

ſtantiam

ſtantiam huius præcepti opus per illud prohibitum, quam aliud peccatum, & ſimul etiam eſt contra finem huius præcepti, & interdum eſſe poterit maius peccatum, & tunc erit etiam magis contra finem eiuſdem præcepti; quandò verò aliud peccatum eſt maius, erit magis contra finem, licèt non ſit contra ſubſtantiam præcepti.

Ebrietas

Digitized by Google

XXVI.

SENTENTIA.

1 *Ebrietas ex ſuo genere non eſt peccatum mortale, ſed tantùm per accidens.*

RETRACTATIO.

2 *Ebrietas ſecundum ſuam rationem habet quod ſit peccatum mortale.*

CONSTANTIA.

115 SANCTVS Thom. de malo q. 2. art. 8. ad tertium inquit: *Multotiès inebriari non eſt circumſtantia conſtituens ſpeciem peccati, & ideò ſicut ſemel inebriari eſt peccatũ veniale, ita & multotiès inebriari per ſe loquendo: per accidens verò, & diſpoſitiuè multoties inebriari poteſt eſſe peccatum mortale, puta, ſi ex conſuetudine in tantam complacentiam ebrietatis perduceretur, quod etiam diuino præcepto contempto, inebriari proponeret.*

116 Et quæſt. 7. ar. 4. ad primum iterùm ait: *ebrietas, quantum in ſe eſt, auertit rationem à Deo in actu, vt, ſcilicet, ratio, ebrietate durante, non poſſit in Deum*

Digitized by Google

conuerti; & quia homo non tenetur rationem ſuam ſemper in Deum conuertere in actu, propter hoc ebrietas non ſemper eſt peccatum, ſed quando homo aſſiduè inebriatur, videtur quod non curet quod ratio ſua conuertatur ad Deum, & in ſtatu tali ebrietas eſt peccatum mortale; ſic enim videtur quod conuerſionem rationis ad Deum contemnat propter delectationem vini.

117 In his authoritatibus videtur S. Tho. docuiſſe ebrietatem per ſe, & ex ſuo genere eſſe peccatum veniale, per accidens autem mortale, ſed doctior factus ab hac ſentẽtia receſſiſſe inſinuant expoſitores præcipuè Caiet. & Siluius 2. 2. q. 150. ar. 2. vbi S. Doct. ſic ait: *Vndè ebrietas per ſe loquendo eſt peccatum mortale*, & 1. 2. q. 88. ar. 5. ad primum dixerat: *De ebrietate dicendum eſt quod ſecundum ſuam rationem habet, quod ſit peccatum mortale*.

118 Item in cap. 13. ad Rom. lect. 3. ita ſcribit: *eſt conſiderandum quod ebrietas ex ſuo genere eſt peccatum mortale, cum, ſcilicet, homo ex propoſito inebriatur, quia videtur præferre delectationem Vini integritati rationis*. Et 1. ad Corinth. 5. lect. 3. ait, *quia ebrietas ex ſuo genere eſt peccatum mortale*.

119 Veruntamen S. Tho. dum ex propria mente loqueretur, ſemper dixit ebrietatem eſſe peccatum mortale per ſe, ſecundum ſuam eſſentiam, & ex ſuo genere, vt patet ex allatis ſententijs ex ſumma, & ex expoſitione Epiſtolarum S. Pauli. Cum verò S. Auguſtinus in ſerm. de Purgatorio inſinuaſſet ebrietatem eſſe peccatum veniale; ſi verò eſſet aſſidua, tranſire dixiſſet in numerum peccatorum mortalium; S. Thomas in quæſtionibus diſputatis, admiſſa authoritate Auguſtini, quam in primo argumento ar. 4. q. 7. de malo ſibi obiecerat, & q. 2. ar. 8. in 3. argum. implicitè ſuppoſuerat, reſpondet ad argumentum exponendo S. Auguſtini ſententiam, quomodò, ſcilicèt, ebrietas, conceſſo quod eſſet peccatum veniale, per hanc aſſiduitatis

tis circunſtantiam tranſire poſſet in mortale, & hoc præſtat dicendo, quod quamuis circumſtantia illius aſſiduitatis non conſtituat ſpeciem mortalis peccati, tamen per accidens, & diſpoſitiuè id efficere poteſt modo ibi expreſſo.

120 Huius ſuæ mentis ipſemet S. Doctor teſtis exiſtit in illa lect. 3. ſuper cap. 5. primæ ad Cor. vbi ſic ait: *Sed de ebrietate poteſt eſſe dubium, quæ non ſemper videtur eſſe peccatum mortale; dicit enim Auguſtinus in ſerm. de Purgatorio, quod ebrietas, niſi ſit frequens, non eſt peccatum mortale; quod credo ideò eſſe, quia ebrietas ex ſuo genere eſt peccatum mortale; quod enim aliquis propter delectationem Vini velit perdere vſum rationis, exponens ſe periculo multa alia peccata perpetrandi, videtur eſſe contrarius charitati; Contingit tamen per accidens ebrietatem non eſſe peccatum mortale propter ignorantiam Vini fortitudinis, vel debilitatis proprij capitis, quæ tamen excuſatiò tollitur per frequentem experientiam; & ideò Apoſtolus ſignantèr non dicit ebrius, ſed ebrioſus*. Ex hac authoritate clarè patet S. Doctorem Auguſtini ſententiam, quam in quæſtionibus diſputatis gratis admiſſam expoſuerat, in lectione præfata non recepiſſe; ait enim ebrietatèm, non quia ſit frequens, vt dicere videbatur Auguſtinus; ſed ex ſuo genere eſſe peccatum mortale. Vndè patet quod S. Doctor vbi ſtabilire intendit doctrinam, loquitur ex propria ſententia; vbi verò reſpondet ad argumenta, ſatis eſſe putauit ſecundum probabilem aliorum dicendi modũ ſatisfacere obiectis, admiſſa Aug. authoritate. Probatio namque eſt ex euidentibus, ſolutio autem eſt etiam ex his, quæ non apparent eſſe falſa, dato quod non ſciantur eſſe vera, inquit Caiet. p. p. quæſt. 1. art. 8.

XXVII.

SENTENTIA.

1 *Prophetia importat quandam obſcuritatem:*

RETRACTATIO.

2 *De ratione Prophetiæ non eſt ænigmatica cognitio.*

CONSTANTIA.

121 SANCTVS Thomas 2. 2. q. 174. ar. 2. ad tertium inquit: *Similitèr autem Prophetia importat quandam obſcuritatem*: Idem innuit q. 171. ar. 1. ad quartum per hæc verba: *reuelatio autem quantum ad ipſam perceptionem diuinorum, in quo perficitur Prophetia, & per ipſam remouetur obſcuritas, & ignorantiæ velamen, ſecundum illud Iob. 12. qui reuelat profunda de tenebris*: obſcuritatem verò non eſſe de ratione Prophetiæ, dixit S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 8. ad primum dum ait, reſpondendo ad illud, quod obiectum fuerat: *Prophetia enim importat quandam obſcuritatem, & imperfectam notitiam, ſecundum*

dum

dum illud num. 12. *ſi quis fuerit inter vos Propheta Domini, per ſomnium, aut in viſione loquar ad eum. Ad primum dicendum, inquit, quod per illa verba non oſtenditur de ratione prophetiæ ænigmatica cognitio, quæ, ſcilicet, eſt per ſomnium, & in viſione.*

122 Siluius ſuper illum art. 3. p. ſic ait: *ſi obÿciatur Author eadem quæſt.* 174. *ar.* 2. *ad tertium dicens, ſimilitèr autem prophetia importat quandam obſcuritatem, quidam reſpondent iſtud ab eo tacitè hic retractari, ſed veriùs videtur, quod ſolum voluerit ſignificare obſcuritatem communitèr inuolui in cognitione prophetica, prout ordinariè conceditur*, & 2.2. q. 171. ar. 1. iterùm Siluius ait: *quapropter prophetiam importare quandam obſcuritatem non ita eſt accipiendũ, quaſi obſcuritas ſit de ratione prophetiæ, ſed quia ſecundum ordinarium modum, quo donum prophetiæ cõceditur, ſemper eſt cum aliqua obſcuritate; vndè S. Tho. in reſp. ad quartum ſubdit. Illuſtratio diuini radÿ in vita præſenti non fit ſine velaminibus phantaſmatum qualiumcunque, quia connaturale eſt homini ſecundum ſtatum præſentis vitæ, vt non intelligat ſine phantaſmate.*

Poſſet

XXVIII.

SENTENTIA.

1 *Poſſet miraculosè fieri quod diuina virtute aliquis intellectus creatus, non habens niſi diſpoſitionem, eleuetur ad videndum Deum per eſſentiam.*

RETRACTATIO.

2 *Diuina eſſentia videri ab intellectu creato non poteſt niſi per lumen gloriæ.*

CONSTANTIA.

123 SANCTVS Thomas 4. d. 49. q. 2. ar. 7. c. ſcripſit: *& ſimilitèr poteſt miraculosè fieri quod diuina virtute aliquis intellectus creatus non habens niſi diſpoſitionem, eleuetur ad videndum Deum per eſſentiam, nec tamen ex tali viſione poteſt dici beatus ſimplicitèr, ſed ſecundum quid tantum.*

124 Sed 2. 2. q. 175. ar. 3. ad ſecundum ait: *diuina eſſentia videri ab intellectu creato non poteſt niſi per lumen*

gloriæ,

gloria, de quo dicitur in Pſal. In lumine tuo videbimus lumen, quod tamen dupliciter participari poteſt, vno modo per modum formæ immanentis, & ſic beatos facit Sanctos in patria. Alio modo, per modum cuiuſdam paſſionis tranſeuntis, ſicut dictum eſt de lumine prophetiæ, & hoc modo lumen illud fuit in Paulo quando raptus fuit; & ideo ex tali viſione non fuit ſimpliciter beatus.

125 Capreolus apud Soto 4. d. 49. q. 2. ar. 4. in fin, dixit S. Thomam 2.2. mutaſſe ſententiam; ibi enim requirit in vidente Deum per eſſentiam in via lumen gloriæ per modum tranſeuntis, &, in 4. in hoc vidente nihil exigit præter diſpoſitiones viæ.

126 At Soto ibi inquit: *Sed certè (S. Tho.) non opus habuit retractatione, quia hic (in 4.) non negauit requiri in via (lumen gloriæ) Immò in hoc, quod dixit Virtute diuina, intellexit lumen gloriæ per modum tranſeuntis requiri, quod quidem lumen ſimul eſſe poteſt cum diſpoſitione viæ, nempè cum habitu fidei, quin etiam lumen ipſum per modum tranſeuntis eſt diſpoſitio viæ ad videndum Deum.*

Qui

XXIX.

SENTENTIA.

1 *Qui profitetur Regulam, non vouet ſeruare omnia, quæ ſunt in Regula.*

RETRACTATIO.

2 *Qui profitetur Regulam, vouet ſeruare omnia, quæ ſunt in Regula.*

CONSTANTIA.

127 SECVNDA ſecundæ q.186. ar. 9. ad primum S. Thom. inquit: *ille qui profitetur regulam, non vouet ſeruare omnia, quæ ſunt in regula, ſed vouet regularem vitam, quæ eſſentialitèr conſiſtit in rebus prædictis*.
128 Siluius in Commentario circa hanc reſponſionem obſeruat, S. Tho. quodl. primo ar. 20. ſcripſiſſe oppoſitum, ſcilicèt, religioſum, qui vouet ſe ſeruaturum regulam, videri ſe obligare Voto ad ſingula, quæ continentur in regula; vndè conſequens foret illum peccare mortalitèr quotieſcunque aliquid

ſaltèm

Digitized by Google

ſaltèm notabile faceret , vel omitteret alitèr quam regulam dicat . Verùm , inquit , hic , ſcilicet , 2. 2. q. 186. ar. 9. ad primum , alitèr loquitur ; docet enim eum , qui profitetur regulam , non vouere ſeruare omnia , quæ ſunt in regula , ſed vouere regularem vitam , quæ eſſentialitèr conſiſtit in tribus ſupradictis Votis

129 Sed ego exiſtimo Siluium illud quodlibetum non legiſſe ; ſi enim legiſſet , obſeruaſſet ibi S. Tho. dixiſſe: *Ex Voto obligantur (Religioſi) ad ſeruanda ea , quæ ponuntur in regula tanquam præcepta , & quæ Prælatus ſecundum tenorem regulæ ſibi præcipere voluerit : Cætera verò , quæ non continentur in regula ſub præcepto , non cadunt directè ſub Voto ; vndè ea prætermittens non peccat mortalitèr* & poſt pauca , *huiuſmodi autem ſtatuta , quæ in regula continentur , non habent vim præcepti , ſicut nec Prælatus ſtatuens aliquid, intendit ſemper ad peccatum mortale obligare per præceptum* : Coſona ergo ſunt , quæ S. Doctor dixit in quodl. ad ea , quæ in 2. 2. loco cit. dixerat , nec aliqua vel minima apparet inter ea diſcrepantia .

Ex Tertia parte Summæ:

XXX.

SENTENTIA.

1 *Si vna perſona diuina aſſumeret duas humanitates, dicenda eſſet duo homines.*

RETRACTATIO.

2 *Si vna perſona diuina aſſumeret duas humanitates, dicenda eſſet vnus homo.*

CONSTANTIA.

130 SANCTVS Thomas in 3. ſent. d. 1. q. 2. ar. 5. ad ſecundum docuit in in caſu, quo vna perſona diuina aſſumeret duas humanitates, ita vt vocaretur Petrus, & Ieſus, tunc illam perſonam dicendam eſſe duos homines propter pluralitatem naturarum aſſumptarum; quamuis eſset vnum tantum vtriuſque ſuppoſitum. Hæc ſunt eius verba: *Ad ſecundum dicen-*

dum

dum quod ſtante dicta poſitione, Petrus, & Ieſus non ſunt duo ſuppoſita, ſed vnum; & hæc eſt vera, Petrus eſt Ieſus, & tamen Petrus, & Ieſus non ſunt vnus homo, ſed duo homines; ſingularitas enim, & pluralitas termini ſubſtantiui attenditur ſecundum vnitatem, & pluralitatem naturæ ſignatæ per terminum, & non ſecundum vnitatem, vel pluralitatem ſuppoſitorum. Quamuis enim Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ſint tria ſuppoſita; tamen propter vnitatem naturæ, quam ſignificat hoc nomen Deus, dicuntur vnus Deus: Ita è contrario, quamuis Ieſus, & Petrus eſſent vnum ſuppoſitum, tamen propter pluralitatem naturarũ aſſumptarũ dicerentur duo homines: ſed diuerſitas naturarũ manente vnitate ſuppoſiti; non impediret, quin de ſe inuicem prædicarentur, quia identitas ſuppoſiti ſufficeret ad veritatem prædicationis.

131 S. Doctorem 3. p. q. 3. ar. 7. ad ſecundum receſſiſſe ab hac ſententia, ibique docuiſſe in caſu prædicto, quo vna perſona diuina aſſumeret duas humanitates, dicendum eſſe vnum hominem, & non duos homines, vt docuerat in 3. ſent. loco cit. tradunt communiter Theologi, & ferè omnes Thomiſtæ, ne dum loco cit. ſed etiam p. p. q. 39. ar. 3. c. Nam 3. p. vbi ſupra ſic ait S. Doctor: *poſſet videri dicendum, quod prædicta poſitione facta, ſequeretur quod eſſent duo homines propter duas naturas, abſque hoc, quod eſſent ibi duo ſuppoſita, ſicut è conuerſo tres perſonæ dicerentur vnus homo propter vnam naturam aſſumptam, vt ſupra dictum eſt (ar. 6. ad primum) ſed hoc non videtur eſſe verum, quia nominibus eſt vtendum ſecundum quod ſunt ad ſignificandum impoſita, quod quidem eſt ex conſideratione eorum, quæ apud nos ſunt, & ideò oportet circa modum ſignificandi, & conſignificandi conſiderare ea, quæ apud nos ſunt, in quibus nunquam nomen ab aliqua forma impoſitum pluraliter dicitur, niſi propter pluralitatem ſuppoſitorũ. Homo enim, qui eſt duobus veſtimentis indutus, non dicitur duo veſtiti,*

 ſed

ſed vnus veſtitus duobus veſtimentis; & qui habet duas qualitates, dicitur ſingularitèr aliquis ſecundum duas qualitates. Natura autem aſſumpta quantum ad aliquid ſe habet per modum indumenti, licèt non ſit ſimilitudo quantum ad omnia, vt ſupra dictum eſt (q. 2. ar. 6. ad primum) & ideò ſi perſona diuina aſſumeret duas naturas humanas, propter vnitatem ſuppoſiti diceretur vnus homo habens duas naturas humanas. Contingit autem quod plures homines dicuntur vnus populus propter hoc, quod conueniunt in aliquo vno; non autem propter vnitatem ſuppoſiti: & ſimilitèr ſi duæ perſonæ diuinæ aſſumerent vnam numero humanam naturam, dicerentur vnus homo, vt ſupra dictum eſt (ar. 6. ad primum) non vnitate ſuppoſiti, ſed inquantum conueniunt in aliquo vno.

132 Mihi perſuadere nunquam potui S. Thomam in caſu, de quo agimus, contraria opinaſſe; regula enim, quam nobis proponit ad nominandum ſingularitèr, vel pluralitèr terminum ſubſtantiuum, traditur ab eo ſemper, & vbique eadem in omnibus ſuorum operum locis, nec illam vnquam inuenire potui, vel limitatam, vel explicatam in ſenſu, quo eam explicant Commentatores; vt diſcrimen aſſignent inter caſum, quo plures perſonæ diuinæ aſſumerent vnam humanitatem, in quo ſtatuunt illam regulam nos cogere ad dicendum cum S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 6. ad primum illas perſonas dicendas eſſe vnum hominem, quia iuxta traditam regulam non multiplicatur nomen ſubſtantiuum vbi non multiplicatur forma; & inter caſum, in quo vna perſona aſſumeret duas humanitates, in quo volunt S. Thom. in 3. ſent. loco adducto regulam illam ſeruaſſe; & ideò dixiſſe tunc illam perſonam dicendam eſſe duo homines, quia multiplicaretur forma. In 3. p. verò vbi ſupra à regula ſua diſcedendo, & quod dixerat in ſententijs, retractando, vnum hominem dicendum docuiſse, quia quamuis multiplicaretur forma; terminus tamen ſubſtantiuus non multiplicaretur, cum non multiplicaretur ſuppoſitum. Re-

133 Regulam à S. Tho. traditam pro ponenda ſingularitate, vel pluralitate nominis ſubſtantiui, volui hic ex omnibus ferè S. Doctoris operibus tranſcribere, vt conſtet eandem ſemper tradidiſſe, & ſi eiſdem verbis aliquando non vtatur, nunquam tamen eorum ſenſum variaſſe; Regula verò tradita hæc eſt.

In primo diſt. 9. q. 1. ar. 2. c. *ſubſtantiuum non dicitur in plurali numero, niſi formatio ſuà numeretur*: diſt. 23. q. 1. ar. 4. ad quartum: *nomina ſubſtantiua non recipiunt pluralitatem niſi ex multiplicatione formæ à qua imponuntur*: diſt. 29. q. 1. ar. 4. c. *in ſubſtantiuis nominibus vnitas, & pluralitas attenditur ſecundum vnitatem, & pluralitatem formæ ſignificatæ.*

In diſt. 1. q. 2. ar. 4. ad ſextum: *cum termini ſubſtantiui ſignificentur, vel conſignificentur pluralitèr ex vnitate, vel pluralitate formæ ſignatæ*: ar. 5. ad ſecundum: *ſingularitas vel pluralitas termini ſubſtantiui attenditur ſecundum vnitatem, vel pluralitatem ſuppoſitorum.*

Prima p. q. 36. ar. 4. c. vbi S. Tho. loquitur de hoc termino *principium Spiritus Sancti* eſſe vnum in Patre, & Filio, quia ſignificat per modum ſubſtantiui: *Vndè numerum accipit*, inquit, *à forma ſignificata, ſicut & alia ſubſtantiua*: ibidem ad ſeptimum *ſubſtantiua verò habent numerum à ſcripſis ſecundum formam ſignificatam*: q. 39. ar. 3. c. *ſingularitas, & pluralitas nominis ſubſtantiui attenditur ſecundum formam ſignificatam per nomen.*

De potentia q. 9. ar. 6. c. *Nomina ſubſtantiua trahunt numerum à forma ſignificata.*

134 Dices 3. p. q. 3. ar. 7. ad ſecundum regulam S. Thom. expreſsè reieciſſe dum ageret de multiplicatis formis in eodem ſuppoſito; ibi enim ſic dixit: *Nunquam nomen ab aliqua forma impoſitum pluralitèr dicitur, niſi propter pluralitatem ſuppoſitorum.*

135 Reſp. veriſimile non eſſe S. Tho. nulla facta mentione de regula à ſe vbique tradita, & non obſcurè inſi-

nuata

nuata in eadem 3. p. & eadem quæſt. ar. 6. in reſponne ad primum ab ea receſſiſſe nulla adducta ratione disparitatis, niſi in vno tantum 3. p. loco cit. quæ ſibi nunquam aliàs occurriſſet; ideoque illam pluries firmaſse.

136 Vide rectè Bergamenſis in Concordantijs, poſtquam diligentèr mentem, quam in 3. p. q. 3. ar. 7. ad ſecundum S. Tho. expræſſerat, perpendiſſet, eam non eſſe contrariam ſententiæ, quam in 3. ſent. diſt. 1. q. 2. ar. 5. ad ſecundum tradiderat, oſtendit, dum ſequentibus reſponſionibus vtramque ſententiam doctiſſimè conciliauit.

137 Dubio 249. hæc ſcripſit ſupradictus Bergomenſis: *ſicut ipſe (S. Tho.) dicit in 3. d. 6. q. 3. ar. 2. ad primum. Natura humana aſſumpta habet modum accidentis, & aſſimilatur habitui, qui eſt vltimum prædicamentum, & accidentia numerantur ſecundum ſuppoſita, vt habetur p. p. q. 36. ar. 4. ad ſeptimum & q. 39. ar. 3. c. & de Pot. q. 9. ar. 6. c. & ſic accipit naturam humanam in 3. p. ideò exemplificat de Veſte, & formis eorum, quæ ſunt apud nos, in quibus forma, ſeu natura non plurificantur, non plurificato ſuppoſito, niſi ſint accidentia, vel ſe habeant per modum accidentium: ſed in 3. ſent. conſiderauit quod natura humana ſecundum ſe eſt ſubſtantia, & ſignificatur nomine ſubſtantiuo, quæ plurificatur ratione ſuæ formæ, & non ratione ſuppoſiti*: hæc conciliatio dictorum S. Tho. eſt eiuſdem S. Doctoris in 3. ſent. loco cit. ad tertium vbi docet, quæ ſequuntur: *Humana natura aſſumpta habet quantum ad aliqua rationem accidentis; quamuis ſimplicitèr loquendo vnio non ſit accidentalis, vt infra patebit (diſt. 6. q. 3. ar. 2.) & ideò propter aſſumptionem illius naturæ Dei filius non poteſt dici duo, ſicut nec ſortes poteſt dici duo propter humanitatem, & albedinem. Sed ſi Filius Dei aſſumeret duas humanas naturas, quamuis vtraque illarum haberet rationem accidentis in comparatione ad naturam diuinam, tamen*

neutra

Digitized by Google

neutra haberet rationem accidentis in comparatione ad alteram; & ita plures homines, & non vnus homo diceretur, ſicut albus, & muſicus magis poſſunt dici duo, quam homo, & albus. Ex his patet S. Thomam concedere ex pluralitate accidentium, quam conſiderauit in 3. p. loc. cit. non ſequi pluralitatem in comparatione illius, cui accidentia inhærent; ideoque ex hoc capite dixit non multiplicari illud nomen *homo*, ſi vna perſona diuina aſſumeret duas humanitates, quia illæ humanitates quantum ad aliqua haberent rationem accidentis, vt explicat, ſed ex pluralitate duarum humanitatum aſſumptarum, quarum vna non habet rationem accidentis in comparatione ad alteram, in 3. ſent loco cit. induci voluit pluralitatem ſignificationis eiuſdem nominis *homo*, quia tunc illud nomen *homo*, ſignificaret ad modum ſubſtantiui, cuius ſignificationis proprium eſt multiplicari multiplicatis formis.

138 In eodem dubio 249. Bergomenſis affert ſecundam dictorum S. Thomæ conciliationem, quæ eſt huiuſmodi: *(S. Tho.) in 3 ſent. attendit in præmiſſa propoſitione, quod homo prædicatur; prædicata verò tenentur formalitèr, ideo ſunt plures homines propter plures naturas: ſed in 3. p. conſiderauit quod ly homo in prædicato reſtringitur ad ſtandum pro ſuppoſito ratione adiectiui ſibi adiuncti.* Conſonat hæc reſponſio cum doctrina S Doctoris in 3. ſent. loco cit. ad quintum vbi ſic ait: *Terminus in prædicato poſitus tenetur formalitèr, quod non eſt neceſſarium de termino, ad quem terminantur actus alicuius verbi; & ideò cum dicitur, Dei filius eſt duo homines, importatur pluralitas formarũ ſeu naturarũ. Cum autẽ dicitur Dei filius aſſumpſit hominẽ, ly, hominem, non tenetur formalitèr; vndè magis ſtat pro ſuppoſito hominis, quã pro natura ſuppoſiti:* Nota quod hic S. Thomas vtitur hac propoſitione: *Filius Dei aſſumpſit hominem*: non ex propria mente; illam enim non admittit 3. p. q. 4. ar. 3. & alibi, ſed quia inuenitur aliquandò apud SS. Patres, vt patet in

arg.

Digitized by Google

arg. ſ. c. illius art. quam, dum in ſenſu catholico explicat in reſponſione ad primum oſtendit in quo ſenſu dixerit illud prædicatum *homo* ſtare pro ſuppoſito, vtique pro ſuppoſito filij Dei, quia, inquit in illa reſponſione ad primum: *intantum hæc propoſitio Filius Dei aſſumpſit hominem, habet veritatem, inquantum aſſumptionis terminus eſt ad hoc, vt Filius Dei ſit homo*: eſt igitur doctrina S. Th. quod ſi homo ponatur ex parte prædicati, & nõ terminetur v. g. actu alicuius verbi, ſignificat formalitèr; & ideò ſi ſunt duæ formæ humanæ, ſignificat duos homines, cui doctrinæ innixi doctiſs. Theol. hanc propoſitionem admittunt *Corpus Chriſti Domini vnitum Sacramentalitèr pluribus ſpeciebus eſt plura Sacramenta*, quia ly *Sacramenta* ex parte prædicati ſtat formalitèr pro ſpeciebus, quæ ſunt plures ſimplicitèr, quamuis Corpus Chriſti vnitum Sacramentalitèr pluribus ſpeciebus ſit tantũ vnũ in omnibus illis, quod, formalitèr loquendo de Filio Dei in caſu, quo aſſumeret duas humanitates, eſſet omninò dicendum; nam ſi Filius Dei aſſumeret duas humanitates, id non ſignificaretur hac propoſitione *Filius Dei eſt vnus homo*. Nam modò quia Filius Dei non aſſumpſit niſi vnam humanitatem, hæc propoſitio ſignificat ex parte prædicati Filium Dei habere vnam tantum humanitatem; Ergo ſi haberet duas, oporteret quod diceremus Filium Dei eſſe duos homines, vt ly *homines* ſignificaret ex parte prædicati duas humanitates in Filio Dei. Vt verò vnitas ſuppoſiti in duabus humanitatibus in illa propoſitione ſignificaretur per hoc nomen *homo* neceſſarium eſſet, quod per aliquod adiectiuum limitaretur ad ſtandum materialitèr, ſicut dixerat euenire in hac propoſitione *Filius Dei aſſumpſit hominem* in ſenſu ſupra explicato, quia ly *homo* limitatur per actum illius verbi *aſſumpſit*, & tunc Filius Dei etiam in duabus naturis humanis ſubſiſtens, dicendus eſſet vnus homo: idem eueniret in hac propoſitione *Filius Dei eſt vnus homo*, ſuppoſito quod haberet duas humanita-

tes

tates, ſi illud adiectiuum *vnus* limitaret illud nomen *homo* ad ſtandum materialitèr, & pro ſuppoſito vtique diuino, quod voluit S. Tho. in 3. p. loco cit. ſequutus modum ſignificandi, qui eſt apud nos, vt mox explicabimus.

139 Idem Bergomenſis dub. 927. iterùm concordat præfata dicta S.Thomæ, prout ſequitur: *In 3. p. (S.Th.) loquitur de puris creaturis, in quibus nunquam plurificatur natura, niſi plurificetur ſuppoſitum, nec è conuerſo. In alijs autem locis loquitur de nominibus, vel ſecundum ſe, vel in diuinis, & in Chriſto, vbi vnum poteſt plurificari ſine alio*: Hæc fuit certè S. Thomæ mens; nam 3. p. loco cit. dixit: *nominibus eſt vtendum ſecundum quod ſunt ad ſignificandum impoſita; quod quidem eſt ex conſideratione eorum, quæ apud nos ſunt: & ideò oportet circa modum ſignificandi, & conſignificandi conſiderare ea, quæ apud nos ſunt, in quibus nunquam nomen ab aliqua forma impoſitum pluralitèr dicitur, niſi propter pluralitatem ſuppoſitorum*. Ex his patet S. Tho. in 3. p. loqui de ſignificatione nominis non ſecundum ſe, vel in diuinis, ſed quæ eſt apud nos, hoc eſt apud puras creaturas, & in hac ſignificatione nominis apud nos conſueta docuit ibi Filium Dei in duabus humanitatibus ſubſiſtentem dicendum eſſe vnum hominem, quia apud nos nunquam nomen ab aliqua forma impoſitum pluralitèr dicitur, niſi propter pluralitatem ſuppoſitorum; Sed hoc nomen *homo* ſi ſumatur per ſe, vel in diuinis in prædicatò de Filio Dei, in quo eſſent duæ humanitates aſſumptæ, in 3. ſent. docuit Filium Dei eſſe dicendum duos homines, quia formæ nomine ſubſtantiuo ſignificatæ multiplicari poſſunt in diuinis non multiplicatis ſuppoſitis, ſicut multiplicatis ſuppoſitis manet ibi vnitas formæ, ſcilicet, diuinitas, quod in puris creaturis non inuenitur.

140 Opponit Suarez Tomo primo in 3. p. diſp. 13. ſect.

Digitized by Google

3. §. *nihilominus* S. Thomæ authoritatem ex p.p. q. 36. ar. 4. ad ſecundum vbi S. Doctor docet Patrem in diuinis dicendum eſſe vnum Principium Filij, & Spiritus Sancti, quamuis habeat plures proprietates, ſeu relationes. Ergo S. Tho. docet voces numerales, quæ ſignificant multitudinem applicatas terminis concretis, ſemper implicite dicere multitudinem ſuppoſitorum; nam (vt nos ſubiungimus) ſi diceremus Patrem eſſe duo principia Filij, & Spiritus Sancti, quia habet duas proprietates, ſeu relationes ad illos, per hoc implicaretur multitudo ſuppoſitorum, vt dicitur in illa reſponſione ad ſecundum.

141 Confirmat; nam quamuis Chriſtus Dominus habeat duas naturas ſubſtantiales, ſimpliciter eſt vna ſubſtantia, & non plures.

142 Reſp. S. Thomam in illa reſponſione ad ſecundum loqui de Patre, & Filio, pro vt ſunt principium Spiritus Sancti, & docet, cum dicitur Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti, deſignari vnicam proprietatem, quæ eſt forma ſignificata per nomen, *non tamen ſequitur*, inquit, *quod propter plures proprietates poſſet dici Pater plura principia, quia implicaretur pluralitas ſuppoſitorum*: & recte, quia nomen Principij in Patre eſt ſicut hoc nomen *Deus*, vt dicit S. Thom. in cor. ſicut ergo tres perſonæ ſunt vnus *Deus*, propter vnitatem formæ ſignificatæ per hoc nomen *Deus*, ita Pater eſt vnum principium propter vnitatem realem virtutis, in qua conueniunt illæ duæ proprietates iu Patre; Si vero ille duæ proprietates non conuenirent in vnam virtutem realem in Patre, tunc inferrent duo ſuppoſita, ſicut ſi tres perſonæ non conuenirent in vnam Deitatem, eſſent tres eſſentiæ, quia in diuinis proprietates, quæ realiter diſtinguuntur, conſtituunt ſuppoſita, vt patet, & vt bene aduertit Siluius p. p. q. 36. ar. 4. §. *Circa reſponſionem* S. Thomas in eadem p. p. q. 32. ar. 3. recuſauit nominare ſpirationem

nem actiuam eſſe proprietatem, conformitèr ijs, quæ ſupra q. 30. ar. 2. ad primum dixerat; quia ſpiratio actiua non conſtituit perſonam; ideoque infra q. 40. ar. 1. ad primum agnouit S. Doctor in diuinis proprietates non perſonales; Vndè ſi in Patre realiter diſtinguerentur proprietas, qua generat, & proprietas, qua ſpirat, nec iſta in vnam virtutem realem conuenirent, eſſet Pater duo ſuppoſita per duas relatiuas proprietates conſtituta; & ita, ſi Pater diceretur duo principia, quod indicaret realem diſtinctionem duarum proprietatum relatiuarum in Patre, implicaretur pluralitas ſuppoſitorum; vt S. Tho. dixit. Verùm ſi vna perſona aſſumeret duas humanitates, & diceretur duo homines, id non implicaretur ex S. Thom. cum ipſe ſtatuat, manente vnitate ſuppoſiti, benè poſſe ab vna perſona aſſumi duas humanitates inter ſe realiter diſtinctas. Vndè in argumento propoſito non concluditur intentum.

143 Ad confirmationem, quam ſibi etiam opponit S. Thom. 3. diſt. 1. q. 2. ar. 5. in 3. arg. ſic ipſe reſpondet: *ad tertium dicendum quod natura aſſumpta habet quantum ad aliquid rationem accidentis, quamuis ſimpliciter loquendo non ſit accidens; & ideò propter aſſumptionem illius naturæ, Dei Filius non poteſt dici duo, ſicut nec ſortes poteſt dici duo propter humanitatē, et albedinem; ſed ſi Filius Dei aſſumeret duas humanas naturas, quamuis vtraque illarum haberet rationem accidentis in comparatione ad naturam diuinam; tamen neutra haberet rationem accidentis in comparatione ad alteram, & ita, plures homines, & non vnus homo, diceretur*: Ex his patet quare Chriſtus dicatur vnus, quamuis eius ſuppoſitum ſubſtentet duas naturas ſubſtantiales, humanam, ſcilicet, & diuinam, quia humana habet ſe veluti accidens reſpectu perſonæ diuinæ; ſicut ergo homo, cui inhæret albedo, non dicitur niſi vnus homo, ita perſona diui-

na, cui vnitur natura humana, non dicitur niſi vna perſona, Deus enim, & homo, vnus eſt Chriſtus, ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, quamuis, & homo dicatur duplicis ſubſtantiæ, & Chriſtus duplicis naturæ, & perſona compoſita.

Poſſibile

Digitized by Google

XXXI.

SENTENTIA.

1 *Poſſibile fuiſſet Verbum aſſumere perſonam, dummodò natura per aſſumptionem propria perſonalitate priuaretur.*

RETRACTATIO.

2 *Impoſſibile fuiſſet quod Verbum aſſumeret in vnitatem perſonæ aliquem hominem præexiſtentem.*

CONSTANTIA.

144 SANCTVS Thomas 3. p. q. 4. ar. 2. inquit. *Si enim præintelligeretur* (*perſona in humana natura aſſumptioni*) *vel oporteret quod corrumperetur, & ſic fruſtrà eſſet aſſumpta*: Ex quibus patet S. Thomam docuiſſe quod poſſibile fuiſſet Verbum aſſumere perſonam, ſeu naturam perſonatam, dummodò natura iſta per aſſumptionem propria perſonalitate priuaretur: Suarez 3. p. Tomo 1. diſp. 14. ſect 1. §. *ſecundum eſt certum*, putat

Digitized by Google

putat S. Thom. loco prædicto mutaſſe ſententiam, quam docuerat 4. c. g. cap. 43. idem putauit Siluius 3. p. loco cit. nam 4. c. g. S. Thom. ita loquitur: *Si verò hypoſtaſis, vel perſona illa non remaneret in ea natura, in qua aſſumenda à Verbo praeextitiſſet, hoc ſine corruptione accidere non potuiſſet; nullum enim ſingulare deſinit eſſe hoc, quod eſt, niſi per corruptionem; ſic igitur oportuiſſet illum hominem corrumpi, qui vnioni praeextitiſſet, & per conſequẽs humanam naturam in eo exiſtentem; impoſſibile igitur fuit quod Verbum aſſumeret in vnitatem perſonæ aliquem hominem praeexiſtentem:* ſupradicti Authores mouentur ad dicendum S. Thomam retractaſſe in 3. p. quod in 4. c. g. aſſeruerat, quia in 4. c. g. dixerat impoſſibile fuiſſe humanitatem aſſumendam à Verbo præextitiſſe in propria perſonalitate; & in 3. p. poſtea dixerit non impoſſibile, ſed fruſtrà id futurum fuiſſet, in quo manifeſtatur id S. Thomam poſſibile futurum exiſtimaſſe.

145 Sed ſi attentè verba S. Doctoris perpendantur, nulla eſt in adductis locis eius variata ſententia; nam certum eſt, naturalitèr loquendo, perſonalitatem corrumpi non poſſe, niſi etiam natura perſonata corrumpatur; vndè S. Doctor hoc deduxit per bonam conſequentiam, ſeruato naturali ordine, dum dixit:

146 *& per conſequens naturam in eo exiſtentem:* nec valet redargutio Suarez vbi ſupra, cum inquit, præfatam rationem S. Thomæ parùm concludere, quia è contrario, ſi Verbum nunc dimitteret humanitatem, non deſtrueretur eius ſubſtantialis natura; nam aliud eſt conſiderare ſubſtantialem naturam perſonalitate terminatam, aliud eſt conſiderare eandem naturam non terminatam proprio ſubſtantiali termino, quia à Deo fuerat impeditus; primum fieri non poteſt, naturalitèr loquendo, etiam deſtructa à Deo perſonalitate; cum eſſet impoſſibile quod natura ſibi relicta conſeruaretur ſine perſonalitate: Vndè deſtructa à Deo per-

Digitized by Google

perſonalitate, per conſequens, naturalitèr loquendo, deſtrueretur natura, vt dixit S. Tho; poſterius verò, ſuppoſita illa dimiſſione, non infert naturæ ſibi relictę deſtructionem, quia ſtatim naturalitèr flueret ex illa natura perſonalitàs ſibi propria, qua ſubſtantialitèr terminaretur. Sit exemplum in igne, in quo per naturam deſtrui non poteſt calor vt octo, quin ſubſtantia ignis deſtruatur, ſed dato, quod eſſet ignis à Deo productus ſine calore, ſi ſuæ naturæ relinqueretur, non deſtrueretur ſubſtantia ignis, ſed calor ſtatim flueret; hoc multo magis in natura, in qua impedita fuiſſet perſonalitas, verificaretur, quia perſonalitas eſt magis intima rationali naturæ, quàm calor vt octo igni. Verùm quod naturæ viribus eſt impoſſibile, cui poſſibile eſt ſeruare naturam humanam perſonatam, deſtructa eius perſonalitate, quamuis naturalitèr loquendo hoc dicamus eſſe impoſſibile. Deo non eſt impoſſibile

147 S. Tho. ergo in 4. c. g. locutus eſt de humanitate perſonata, quam naturæ viribus conſideratam optimè dixit inferri per bonam conſequentiam fore corrumpendam, ſi perſonalitas eius corrumperetur; & ideò impoſſibile fuiſſet quod aſſumeretur à Verbo: Si verò Deus per ſuam potentiam vellet deſtruere perſonalitatem eius, ſeruata ſubſtantiali natura, inquit 3. p. cit. quod id Deo fuiſſet poſſibile, quod in 4. c. g. non negauit; ſed quia fruſtrà id fieri videretur, Deum hoc non feciſſe ibidem docet; cum Deus nihil agat fruſtrà.

Digitized by Google

XXXII.

SENTENTIA.

1 *In natura aſſumpta à Verbo gratia habitualis fuit medium congruitatis.*

RETRACTATIO.

2 *In natura aſſumpta à Verbo gratia habitualis non fuit medium nec quidem congruitatis.*

CONSTANTIA.

148 SANCTVS Thom. 3. d. 2. q. 2. ar. 2. q. 1. dum querit: *Vtrum natura humana ſit aſſumpta à Verbo mediante gratia*, inquit: *Sicut in 2. ſent. Magiſter dicit, gratia dupliciter dicitur; Vno modo ipſe Deus gratis dans, vel gratuita voluntas eius, alio modo donum aliquod gratis datum. Primo ergo modo accipiendo gratiam, gratia eſt medium vnionis, quaſi vnionem efficaciter cauſans, quia gratuita ſua voluntate ſine meritis pracedentibus car-*

carnem aſſumpſit: Secundo modo accipiendo gratiam, non cadit ibi aliquod medium habituale donum, ſicut vnionem, vel vnibilitatem formaliter cauſans, ſed ſolum eſt ſicut medium congruitatis; ſicut etiam ſcientia, & perfectio corporis, huiuſmodi, quæ decuit naturæ aſſumptæ non deeſſe: Caietanus 3. p. q. 6. ar. 6. putat S. Thom. ſe ipſo doctiorem factum in illo articulo opinionem, quam tradiderat in 3. vbi ſupra de gratia habituali quod ſcilicèt, eſſet medium congruentiæ reſpectu aſſumptionis confutaſſe authoritate Io: Euang. cap. primo dum in 3. p. loco illo tenet prius natura humanitatem Chriſti aſſumptam eſſe, quam fuiſſet gratia habituali donata vt ex perſonalitate omnia fluenta gratiæ eſſent in homine illo pleno gratiæ, & veritatis, Caietanum ſequuntur quidam alij S. Doctoris Commentatores.

149 Nos exiſtimamus S. Tho. in 3. ſent. locutum non fuiſſe ex propria mente, ſed duas retuliſſe opiniones, quæ tunc circumferebantur in Scholis; Communitèr enim ab omnibus negabatur gratiam habitualem eſſe medium aſſumptionis, ſicut vnionem, vel vnibilitatem cauſantem, ſed qui dicebant gratiam eſſe medium aſſumptionis, poterant explicari, vel de gratia habituali, quæ eſſet medium congruitatis, vel de gratia, quæ diceretur ipſa vnio; nam ad verba relata ex 3. ſent. immediatè ſubdit S. Th. *niſi fortè gratia ipſa vnio dicatur, quæ eſt quoddam donum gratiæ gratis datum, quæ quomodo ſit medium poſtea dicetur*, ſcilicèt, in quæſt. 3. vbi dicit: *Ex hoc quod motus aſſumptionis humanæ naturæ terminatur ad perſonam, conſequitur hæc relatio, quæ dicitur vnio; Vndè vnio eſt medium non ſicut aſſumptionem cauſans, ſed potiùs ſicut eam conſequens*: Vbi illud, *niſi fortè*, denotat, quod prius dixerat de gratia habituali, non fuiſſe eius firmam ſententiam, ſed tantum quod fortè id probabilitèr dici poterat ab eo, qui admiſiſſet gratiam habitualem medium aſſumptionis.

Digitized by Google

150 Sed dices primo S. Thomam 3. p. negaſſe etiam gratiam, quæ dicitur vnio, eſſe medium in aſſumptione humanæ naturæ.

151 Reſp. 3. p. loqui S.Thomam de vnione prout importat ipſum eſse perſonale, quod eſt terminus aſſumptionis, non medium, ſed in 3. ſent. loquitur de vnione, prout eſt relatio, quæ conſequitur ad aſſumptionem humanæ naturæ terminatam ad perſonam, & hanc vnionem dicit medium non cauſans, ſed conſequens aſsumptionem.

152 Dices ſecundum à Thomiſtis exiſtimatur implicare quod gratia habitualis ſit medium etiam congruitatis aſsumptionis. Ergò male S. Tho. hoc aſseruit tamquam probabile.

153 Reſp. S. Thomam illud tamquam poſſibile admiſiſse, quia plures granes Doctores, qui illo ſæculo erant maioris famæ, docebant fuiſse medium congruitatis aſsumptionis gratiam habitualem; hi ſunt S. Bonauent. ſuper diſt. 2. 3. ſent. art. 3. &, vt quidam putant, Alenſ. 3. p. quæſt. 4. membr. 5. alijq; Scholaſtici poſt ipſos, quos recenſet Suarez To.pr. 3.p.diſp.10.ſec. 2. §. *Tertio modo.*

XXXIII.

SENTENTIA.

1 *Peccatores fideles non ſunt membra Eccleſiæ niſi æquiuocè.*

RETRACTATIO.

2 *Peccatores fideles non ſunt membra Eccleſiæ actualitèr.*

CONSTANTIA.

154 SANCTVS Thom. 3. d. 13. q. 2. c. ait : *homines autem fideles peccatores pertinent quidem aliquo modo ad vnitatem Eccleſiæ, inquantum continuantur ei per fidem, quæ eſt vnitas materialis; non tamen poſſunt dici membra propriè, niſi ſicut membrum mortuum, ſcilicèt, æquiuoce.* Siluius in opuſc. lib. 3. q. 1. ar. 10. ad decim. ait : *Ad Confirmationem reſp. B. Thomam (3. p. q. 8. ar. 3. ad 2.) correxiſſe, quod in 3. ſent. ſcripſerat, prætermiſſo enim verbo æquiuocè, ſolùm dicit peccatores non eſſe membra actualitèr* hæc ſunt verba S. Thomæ ibi : *qui vero his (ſcilicèt mortali-* 2.2. 2. q.

bus) ſubduntur , non ſunt membra Chriſti actualitèr, ſed potentialitèr , niſi fortè imperfectè per fidem informem , quæ vnit Chriſto ſecundum quid , & non ſimplicitèr , vt ſcilicèt , per Chriſtum homo conſequatur vitam gratiæ ; fides enim ſine operibus mortua eſt , vt dicitur Iacobi 2. percipiunt tamen tales à Chriſto quendam actum vitæ , qui eſt credere , ſicut ſi membrum mortificatum moueatur aliqualiter ab homine .

155 Attamèn S. Tho. non indigebat ſe corrigere in 3. p. cum nihil ibi dixerit , quod his , quæ in 3. ſent. docuerat , aduerſetur . Ad cuius euidentiam ſciendum eſt S. Thomam in vtroque loco docuiſſe fidelem exiſtentem in peccato mortali eſſe membrum Eccleſiæ , ſed imperfectè , ſcilicèt , per fidem informem , per quã vnitur Chriſto ſecundum quid : Attamèn quia vita animæ eſt charitas , cum anima huius fidelis peccatoris ſit charitate deſtituta,hic fidelis dicitur membrum Eccleſiæ mortuum ; cui doctrinæ inſiſtens S. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. dixit : *Fides , niſi ad eam ſpes accedat , & charitas , neque vnit perfectè cum Chriſto , neque corporis eius viuum membrum efficit* : ideoque S. Doctor in 3. ſent. appellauit fidelem peccatorem membrum aridum , & in 3. p. membrum mortificatum , quia ſicut membrum aridum , ſeu mortificatum mouetur aliqualitèr ab homine , cuius eſt membrum , ſed non ad operationes , quæ ſunt animæ in membris , vt S. Tho. explicat in 3. ſent. ita fidelis peccator mouetur à Chriſto Eccleſiæ capite, vel participando quendam actum vitæ , qui eſt credere , vt dicit in 3. p. vel quia Spiritus Sanctus per eum operatur ſpiritualem vitam in alijs , vt dicit in 3. ſent. ex quo reijcit art. 15. VVichefiſtarum condemnatum in Concil. Conſtanſienſi, ſed cum iſte fidelis peccator careat vita gratiæ, dicitur à S. Tho. & Conc. Trid. membrum mortuum.

156 Cum verò mortuum , & viuum apud Philoſophum æquiuocè conueniant in ratione formali ; ideò S. Doctor in 3. ſent. dum loqueretur de fideli peccatore

mem-

membro mortuo, dixit illum æquiuocè eſſe membrum Eccleſiæ, accomodando modum loquendi philoſophicum ad ſuum propoſitum, ſed per hunc loquendi modum noluit fidelem peccatorem extra Eccleſiam conſtituere, quomodò ſunt infideles, Hæretici, & Schiſmatici, vt ſuſpicari viſus eſt Siluius; quia ibidem dicit in aliorum ſententia, quam amplectitur, hunc peccatorem non pertinere ad vnitatem corporis Eccleſiæ, ſed ad vnitatem Eccleſiæ; ad quam ſupradicti non pertinent, ſed voluit eum eſſe Eccleſiæ mortuum membrũ, quia non viuit vita gratiæ, eſſe verò membrum Eccleſiæ, quia vnitur Eccleſiæ imperfectè per fidem, vt dictum eſt.

157 Nec benè ſequitur, eſt æquiuocè membrum Eccleſiæ; quia eſt membrum mortuum, ergo nullo modo eſt membrum Eccleſiæ: Nam in naturalibus, quod eſt æquiuocè tale, nullo modo eſt tale realitèr.

158 Reſp. enim negando paritatem; vt enim bene dixit Siluius loco cit. non eſt idem iudicium de membris corporis miſtici, & corporis naturalis. In naturalibus enim eadem eſt cauſa dans eſſe membrum, & dans vitam; ſed in corpore miſtico eſt cauſa vtriuſque effectus diuerſa; nam eſſe membrum facit fides; eſſe verò viuum facit charitas.

Scientia

XXXIV.

SENTENTIA:

1 *Scientia acquiſita non fuit diſtinctus habitus à ſcientia infuſa in anima Chriſti Domini.*

RETRACTATIO:

2 *Scientia acquiſita fuit diſtinctus habitus à ſcientia infuſa in anima Chriſti Domini:*

CONSTANTIA

159 SANCTVS Thom. in 3. d. 14. q. vn. ar. 3. q. 4. docuit ſcientiam acquiſitam non fuiſſe diſtinctum habitum à ſcientia infuſa in anima Chriſti. Hanc ſententiam expreſsè retractauit 3. p. q. 9. ar. 4. per hæc verba: *et ideò, quamuis alibi alitèr ſcripſerim, dicendum eſt in Chriſto fuiſſe ſcientiam acquiſitam, quæ propriè eſt ſcientia ſecundum modum humanum, non ſolum ex parte ſubiecti recipientis, ſed etiam ex parte cauſæ agentis; nam talis ſcientia ponitur in*

Chriſto

Chriſto ſecundum lumen intellectus agentis, quod eſt animæ humanæ connaturale:

160 Sententia, quam S. Tho. retractauit, eſt etiam S. Bonauenturæ, eamque elegit poſt eius felicem obitum Scotus, pluresque Viri doctiſſimi. Quapropter dici non poteſt S. Doctorem inconſtantem fuiſſe, ſed dicendum eſt ſibi viſum fuiſſe meliùs ſententiam oppoſitam amplecti, priore in ſua probabilitate relicta.

Chriſtus

XXXV.

SENTENTIA.

1 *Chriſtus in Terris viuens non habuit poteſtatem regalem temporalem.*

RETRACTATIO.

2 *Chriſtus erat Rex conſtitutus à Deo; ſed terrenum Regnum in Terris viuens non adminiſtrauit;*

CONSTANTIA.

161 DVBITARI ſolet ab aliquibus Vtrum S. Tho. conceſſerit Chriſto in Terris viuenti poteſtatem regalem temporalem, negando illi tamen vſum; vel ſolum illi conceſſiſſe poteſtatem ſpiritualem, hoc ſecundum videtur dixiſſe 3. p. q. 31. ar. 2. ad tertium per hæc verba: *non enim ſæculari honore regnauit; ipſe enim dixit Regnum meum non eſt de hoc mundo*: & in Commentario ad cap. 18. Io: inquit: *Sciendum eſt quod Dominus ad quæſtionem reſpondens de Regno, ita reſponſionem temperauit, vt*

nec

Digitized by Google

nec manifeſtè confiteretur ſe eſſe regem, cum rex non eſſet eo modo, quo intelligebat Pilatus, nec negauit, cum ſpiritualitèr eſſet Rex regum, dicit ergo: Tu dicis quia Rex ſum ego, ſcilicet, carnalitèr, ſecundum quem modum Rex non ſum, ſed alio modo Rex ſum ego.

162 Verùm oppoſitum dixit eadem 3. p. q. 59. ar. 4. ad primum per hæc verba: *Chriſtus autem quamuis eſſet Rex conſtitutus à Deo, non tamen in Terris viuens terrenum regnum temporalitèr adminiſtrare voluit; vndè ipſe dicit Io: 18. Regnum meum non eſt de hoc mundo*: idem docuit opuſc. de reg. Princ. lib. 3.

163 cap. 12. & ſequentibus. Reuera S. Tho. docuit Chriſtum habuiſſe abſolutum, & directum Dominium, & poteſtatem ſuper omnia regna temporalia, etiam in vità mortali; ſed hoc dominium eſſe altioris rationis quorumcunque Regum, & Dominorum orbis; vndè non excludebat aliorum Regum, & Dominorum Imperium, & ſi S. Tho. loco cit. ex opuſc. de Reg. Princ. dixit Cæſarem Vicarium Chriſti, exponendus eſt ac ſi dixiſſet, Chriſtum occupare potuiſsè Imperium Cæſaris, ſed cum non occupauerit, ex mera ſua liberali-

164 tate poſt ipſius ortum Cæſarem imperaſſe. Hoc Chriſti excellens dominium temporale compatitur ſecum aſſumptam ab eo ægeſtatem, & paupertatem; vndè dixit S. Tho. 3. p. q. 31. Chriſtum ſæculari honore non regnaſſe; hoc enim non expediebat modo, quo Deus decreuerat Chriſtum noſtram ſalutem operari; S. Tho. ſequuti ſunt plures graues Doctores, quos adducit, & ſequitur Suarez Tom. pr. 3. p. diſp. 48. ſec. 2. §. *ſecunda ſententia*, & deincepſ. Bellar. quoq; idem ſentit de Sum. Pontif. lib. 5. cap. 4. & in recognitione Librorum ſuorum clariùs, & fuſius

§. *Recognitio Librorum de Summo Pontefice.*

O *Chriſtus*

XXXVI.

SENTENTIA.

1 *Chriſtus non eſt modo extra Empyreum, ſed in altiſſimam partem Cœli Empyrei aſcendit.*

RETRACTATIO.

2 *Chriſtus eſt modo extra totam continentiam Cœleſtium corporum.*

CONSTANTIA.

165 SANCTVS Thomas 3. d. 22. q. 3. ar. 3. ad primum ſic ait: *non dicitur (Chriſtus) aſcendiſſe ſuper Cœlos, quia extra Cœlum Empyreum ſit, ſed quia in altiſſimam partem Cœli Empyrei aſcendit*: oppoſitum videtur dicere 3. p. q. 57. ar. 4. c. per hæc verba: *vndè conuenientiſſimum eſt ſibi (ſcilicet Chriſto) quod ſit ſupra omnia corpora conſtitutum in alto*: & ad primum ſic ait: *vndè non oportet aliquam partem Cœli eo (ſcilicèt Chriſto) ſuperiorem eſſe ſuper omnes Cœlos*: & ad ſecundum

iterum

iterum ait ; *vnde nihil prohibet Corpus Chriſti eſſe extra totam continentiam cœleſtium Corporum, & non eſſe in loco continente*: Vbi Caietanus vult S. Doctorem opinari Chriſtum ſecundum corpus eſſe ſupra Cœlos omnes, itaut planta pedis eius ſit ſupra ſuperficiem conuexam ſupremi Cœli, nec poſse conciliari, quæ 3. p. dixit, cum his quæ dixerat in 3. ſent; nam ſi eſſet corpus Chriſti in ſuprema parte Cœli, vt dixerat in 3. ſent. & non extra omne Cœlum, vt dixit 3. p. non verificaretur quod eſset ſupra omnia corpora conſtitutum, quod dixerat ibi in cor. nec eſset extra totam continentiam cœleſtium corporum, vt dixit ad ſecundum.

166 Suarez Tomo 3. in 3. p. diſp. 51. ſect. prima §. *Duobus autem*, inquit, S. Th. vel retractaſſe ſententiam, quam docuerat in 3. ſent. vel exponendum eſſe ibi non negaſse Chriſtum eſſe extra Cœlum Empyreum, ſed negaſſe tantum eum Cœlum illud nullo modo tangere; ideoque dum ait ibidem, Chriſtum in altiſſimam partem Cœli Empyrei aſcendiſse, intelligi poteſt quod ſuis pedibus tangat, & calcet ſupremam partem Cœli, ſed hæc explicatio repugnat Textui; nam in 3. ſent. S. Tho. euidenter negat Chriſtum eſſe extra Cœlum Empyreum, cum affirmet in altiſſimam eius partem aſcendiſſe; ergo non poteſt hoc intelligi, quod tangat, vel calcet ſupræmam partem Cœli; ita enim eſſet extra Cœlum Empyreum, nec à Cœlo Empyreo contineretur; quod S. Thomas negat.

167 Idem Suarez de Relig. Tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 9. num. 8. inquit: *Corpora Sanctorum erunt in Cœlo, quia pedibus calcabunt ſuperficiem conuexam Cœli, licèt à corpore cæleſti non circundentur*: Sed hoc etiã poſito, eſse illa corpora phyſicè extra Cœlum negari non poteſt, ſi pedibus calcant ſuperficiem conuexam Cœli, quamuis moraliter in Cœlo eſse dici poſſint, licèt à corpore cæleſti non circundentur.

Digitized by Google

168 Reſp. Bergomenſis dub. 330. quod iſta duo ſtant ſimul, ſcilicèt, quod non oportet aliquã partem Cœli eſse ſuperiorem Chriſto, ſed Chriſtum eſse ſuper omnem circumferentiam Cœli Empyrei, vt dicitur in 3. p. & quod Chriſtus non ſit extra Cœlũ Empyreũ, ſed aſcẽderit in altiſſimã partẽ eius; vt dicitur alibi, primũ enim dicitur quoad neceſſitatẽ, quia ſcilicèt, nõ eſt neceſsariũ Corpori Chriſti cõtineri à loco; poſteriùs verò dicitur quoad congruentiam; quia conueniens erat Chriſto eſse in altiſſima parte Cœli, etiamſi intra Cœli concauum contineri voluiſset.

169 Ego exiſtimo S. Tho. ſuppoſita ſententia S. Auguſtini in lib. de fide, & Symbolo cap. 6. vbi dixit credendum eſse Chriſtum Dominum ad Cœlum Empyreum aſcendiſse, docuiſse in eius altiſſima parte ſuper omnes beatos loco, & dignitate conſediſse, ſed de hac quæſtione; *vbi, & quomodo Corpus Chriſti eſſet in Cœlo*, problematicè loquutum eſse, vt oſtendit in 4. c. g. cap. 87. vbi ſic ait: *Cum Corpora reſurgentium proprietatem cœleſtium corporum conſequentur, etiam in Cœlis locum habeant, vel magis ſuper omnes Cœlos, vt ſimul cum Chriſto ſint:* vbi loquitur ſub diſiunctione, vt aduertit Ferrar. ibi. Videtur tamen, inquit hic author, magis declinare ad hoc, quod ſint corpora, ſcilicèt reſurgentium, ſuper omnes Celos p. p. q. 57. ar. 4. ad primum quodlib. 6. ar. 3. & etiam hic, cum ait: *quod magis ſupra omnes Cœlos locum*

170 *habeant*: Vbi aduertere oportet Ferrarienſem non dixiſse S. Thomam retractaſse ſententiam, ſed magis declinaſse in vnam, quàm in aliam; de re enim incerta, ſicut S. Auguſtinus noluit quæſtionem habere, ita nec S. Tho. aliquid certò definire, ſed in 3. ſent. cum eſſent aliqui, qui dicebant corpus Chriſti neceſsariò eſse in loco, & tamen Chriſtum aſcendiſse ſuper omnes Cœlos, vnde redarguebantur ac ſi dicerent oppoſita; quia ex hoc, quod dicebant Chriſtum aſcendiſse ſuper omnes

nes Cœlos, cogebantur negare Corpus Chriſti eſse in loco, quod tamen affirmabant, S. Thomas dixit malè eos redargui, nam benè ſtat Chriſtum aſcendiſſe ſuper omnes Cœlos, ſi ad altiſſimã partem illius loci aſcendiſſet, quamuis extrà Cœlum Empyreum non eſſet, ac ſi diceret, ab his, qui ponunt Chriſtum neceſſariò eſſe in loco, aſſeritur quod aſcenderit ſuper omnes Cœlos, hoc eſt, in loco, qui eſt in altiſſima parte Cœli. Ita in 3. ſent. ſed alibi intendit ſub diſiunctione loqui; firmando tamen nec Chriſti, nec Beatorum Corporibus eſſe neceſſarium Cœlo Empyreo concludi, cum non indigeant tali continentia, vt dicit p. p. loco cit. ad ſecundum. Vndè ſequitur nunquam dixiſſe
171 S. Thomam aſſertiuè Corpus Chriſti eſſe, vel non eſſe extra Cœlum Empyreum, p. p. loco cit. in corp. dixit quidem conuenientiſſimum eſſe Corpori Chriſti quod ſit ſuper omnia corpora conſtitutum in alto, ſed hoc poſterius intelligi poteſt de Corporibus Beatorũ, nam præmiſerat: *inter cætera Corpora glorioſa manifeſtum eſt quod Corpus Chriſti maiori refulget gloria*: non ergo excludit expreſsè ibi ſuperiorem partem Cœli Empyrei, quod propriè non eſt corpus glorioſum, ſed locus corporum glorioſorum. Item ibidem ad primum dicit, non oportere aliquam partem Cœli eſſe Chriſto ſuperiorem, & ad ſecundum nihil prohibere Corpus Chriſti eſſe extrà totàm continentiam Cœli, ſed hoc infert S. Thomam dixiſſe non eſſe neceſſarium quod Corpus Chriſti ſit intra Cœlum, immò nec aliquod aliud corpus glorioſum, vt probat quodl. 6. ar. 3. non verò infert ipſum dixiſſe de facto illud non eſſe intra Cœlum. Quod confirmatur, quia S. Tho. eodem modo loquitur de Corpore Chriſti, & Beatorum, dum loquitur de eorum loco in Cœlo, vt patet ex authoritatibus cit. ex p. p. & ex 4. c. g. ſicut ergo non dicimus S. Thomam negaſſe quod omnia Corpora Beatorum manebunt extra Cœlum, ſed affirmamus eum

eum docuiſſe nullam inuoluere repugnantiam dicere Corpora Beatorum à Cœlo contineri, vel non contineri, cum ex vtroque verificetur illa corpora in Cœlo eſſe, ita dicere poſſumus de Corpore Chriſti S. Doctorem idem docuiſſe, ſernata ſuperius expreſſa paritate.

✠

Digitized by Google

XXXVII.

SENTENTIA.

1 *Sacramenta nouæ legis non cauſant gratiam inſtrumentalitèr, ſed diſpoſitiuè.*

RETRACTATIO.

2 *Sacramenta nouæ legis cauſant gratiam inſtrumentaliter,*

CONSTANTIA.

172 SANCTVS Thomas 4. d. 1. quæſt. 1. art. 4. quæſt. 1. c. ait : *Ad vltimum autem effectum, qui eſt gratia, non pertingunt (Sacramenta) etiam inſtrumentalitèr, niſi diſpoſitiuè, inquantum hoc, quod inſtrumentalitèr effectiuè pertingunt, eſt diſpoſitio, quæ eſt neceſſitas, quantum in ſe eſt, ad gratiæ ſuſceptionem* : Sed 3. p. q. 62. art. 1. c. inquit Sacramenta eſſe cauſas inſtrumentales gratiæ, inquantum agunt per motum, quo mouentur principalitèr

palitèr à Deo, hæc ſunt eius verba: *Cauſa verò inſtrumentalis non agit per virtutem ſuæ formæ, ſed ſolùm per motum, quo mouetur à principali agente; vndè effectus non aſſimilatur inſtrumento, ſed principali agenti, & hoc modo Sacramenta nouæ legis gratiam cauſant*: Idem dixit quod ib. 12. art. 15. & de Verit. q. 27, art. 4.

173 Reſpondet Caiet. 3. p. loco cit. S. Th. in 4. locutum fuiſſe ſecundum aliorum opinionem, quam inter cæteras adductas exiſtimauit probabiliorem, ſed in 3. p. vbi ſupra locutum eſſe ſecundum propriam ſententiam.

Digitized by Google

XXXVIII.

SENTENTIA.

1 *Circunciſio dabat gratiam quantum ad effectus priuatiuos culpæ, et reatus, &c. quantum ad quoſdam effectus poſitiuos &c. non tamen quantum ad omnes &c.*

RETRACTATIO.

2 *Circunciſio dabat gratiam quantum ad omnes effectus.*

CONSTANTIA.

174 IN 4. d. 1. q. 2. art. 4. q. 3. c. S. Thomas ait: *& ideò alij dicunt probabiliùs, ut videtur, quod (Circunciſio) dabat gratiam quantum ad effectus priuatiuos culpæ, & reatus, & quantum ad quoſdam effectus poſitiuos, ſicut ordinare animam, & facere dignum vita æterna, non tamen quantum ad omnes, quos habet gratia baptiſmalis, quia illa ſufficit ad totaliter concupiſcentiam reprimendam, & meritoriè agen-*

dum, ad quod gratia in Circunciſione data ſufficere non valebat : hanc ſententiam expræſsè retractauit 3. p. q. 70. ar. 4. per hæc verba : *quod etiam aliquando mihi viſum eſt, ſed diligenter conſideranti apparet hoc non eſſe verum, quia minima gratia poteſt reſiſtere cuilibet concupiſcentiæ, & vitare omne peccatum mortale &c.*

275 Sententiam, quam S. Tho. retractauit, nunquam, dixit aſſerendo, ſed opinando, quod patet ex ipſo modo loquendi cum dicit : *Aliqui dicunt probabiliùs vt videtur* : ita S. Tho. reſpondet p. p. q. 100. ar. 2. ad ſecundum dum oſtendere intendit S. Anſelmum non aſserendo, ſed opinando dixiſse in lib. *Cur Deus homo*: *ſi primi parentes ſic vixiſſent, vt tentati non peccaſſent, confirmati fuiſſent cum omni progenie ſua, vt vltrà peccare non poſſent.*

In

Digitized by Google

XXXIX.

SENTENTIA.

1 *In Euchariſtiæ Sacramento nulla eſt deceptio.*

RETRACTATIO.

2 *In Euchariſtia viſus, guſtus, tactus falluntur.*

CONSTANTIA.

176 SANCTVS Thomas 3 p. q. 75. ar. 5. ad ſecundum ait: *In hoc Sacramento* (*Euchariſtia*) *nulla eſt deceptio*; ſed in ſuo Rythmo, qui incipit: *Adoro te deuotè latens Deitas*: ait loquendo de hoc Sacramento: *Viſus, guſtus, tactus in te fallitur*. Veruntamen aſſerendum eſt de mente S. Doctoris, nullam in Euchariſtia fieri deceptionem; nam vt dicit in illa reſponſione ad ſecundum: *Sunt enim ibi ſecundum rei veritatem*

accidentia, quæ ſenſibus dijudicantur. Intellectus autem, cuius eſt proprium obiectum ſubſtantia, per fidem à deceptione præſeruatur: Illud verò, quod S. Thomas dixit in Rythmo, huic doctrinæ non aduerſatur; nam pronunciatum illud ſumendum eſt de intellectu iudicante ſine adminiculo fidei, & ita dici poteſt ſenſum falli in Sacramento Euchariſtiæ, ſed quod dixerat in 3. p. ſumendum eſt de intellectu illuſtrato lumine fidei, per quod à deceptione præſeruatur.

177 Siluius in Commentario illius art. 3. p. rem hanc explicat ægregiè, dum inquit: *Verſum illum Rythmi procedere de iudicio intellectus rem æſtimantis ex ſenſu, ſine adminiculo fidei; Si enim ſolum ſenſum conſulimus, iudicabimus panem, & vinum eſſe, quod ſumimus. Vbi quamuis non propriè ſenſus nos fallat; quia tamen ex accidentibus ſenſu perceptis intellectus iudicando fallitur, ſenſus quodam modò fallere dicitur,*

178 *quia eſt initium, & occaſio iudicij falſi*: Quod luculentèr ipſe S. Doctor expoſuit opuſc. 58. cap. 7. dum ait; *Sapiens erit Iſaac, ſed in iudicio cognoſcendi Eſau, fallebatur, ſic homo noſter exterior in iudicio panis Altaris fallitur, præterquàm auditu: Vnde ait, Vox quidem vox Iacob &c. manus, quas tango, ſunt Eſau, nihil falſius, Vox eſt Iacob, nihil veriùs. Similiter Sacramentum, quod tango, ſubſtantia panis eſt, nihil falſius. Vox Chriſti dicentis: Hoc eſt corpus meum*; nihil veriùs. *Primò igitur infidelitatis remedium exigit, quod Corpus Chriſti velatum detur, vt quia ſenſus primi hominis in cibo perditionis vanè delectabantur, ſenſus noſtri corporis in cibo benedictionis ad inſtar Iſaac decipiantur; ita tamen quod Rebecca, ideſt anima in fide ſua non fallatur. Credit enim verè in benedictione ſua eſſe Iacob, ideſt Corpus Chriſti velatum ſimilitudine Eſau, ideſt ſpecie panis.*

Deus

XL.

SENTENTIA.

1 *Deus non poteſt ſeparare albedinem ab omni ſubiecto.*

RETRACTATIO.

2 *Deus poteſt ſeparare albedinem à ſubiecto.*

CONSTANTIA.

179 SANCTVS Thom. quodl. 7. art. 10. docet Deum poſſe ſeparare albedinem ab omni ſubiecto, & etiam à quantitate, ſed quod illa albedo tunc non eſset indiuidua, nec qualitas corporalis, ſed ſpiritualis, contrarium videtur dicere 3. p. q. 77. art. 1. & 2.
180 Reſp. S. Th. in quodl. loqui ſecundum hipoteſim; ſi enim Deus ſepararet albedinem à ſubiecto, extincta in albedine omni habitudine ad ſubiectum, dicit albedinem illam remanſuram vt quædam qualitas ſpiritualis, non indiuidua, quod quia repugnat, fieri non poteſt, ſed in 3. p. loquitur de albedine ſeparata à ſubiecto in Sacramento Altaris, quam retinere eandem

in-

indiuiduationem, quam habebat in ſubiecto, docet art. primo ad tertium quia quamuis diuina virtute accidentia ibi ſeparata ſint à ſubiecto, retinent tamen ordinem ad ſubiectum, ſicut retinent quidditatem, & eſſentiam accidentis, quæ eſt eſſe ens in ſubiecto, vt ait S. Tho. in eodem ar. ad ſecundum. Ita interpretatus eſt S. Tho. Soto in 4. d. 10. q. 2. ar. 2. §. *Hinc ergo*.

XLI.

SENTENTIA.

1 *Peccatum veniale impedit effectum Sacramenti Euchariſtiæ, ita quod aliquis augmentum gratiæ non conſequatur.*

RETRACTATIO.

2 *Peccatum veniale non tollit augmentum habitualis gratiæ, & charitatis.*

CONSTANTIA.

181 SANCTVS Tho. 4. d. 12. q. 2. art. 1. q. 3. c. ſic ait: *& quia interdùm abſque mortali peccato actualis deuotio impediri poteſt, cum diſtractiones variæ ipſam impediant, & peccata venialia virtutum actum tollant, abſque peccato mortali poteſt effectus huius Sacramenti, (ſcilicèt Euchariſtiæ) impediri; ita quod aliquis augmentum gratiæ non conſequatur, nec tamen reatum peccati mortalis incurreret, ſed fortè reatum venialis peccati,*

182 *peccati, ex eo quod imparatus accedit:* Putant aliqui, inter quos Nunno 3. p. q. 79. art. 8. ad primum §. *Difficultatis vnicæ*, Lugo de Sac. Euch. diſp. 14. ſect. 3. num. 36. S. Thomam doctiorem factum mutaſse ſententiam 3. p. loco cit. per hæc verba. *Secundo autem modo peccata venialia, (ſcilicèt, vt ſunt actu exercita) non ex toto impediunt huius Sacramenti effectum, ſed in parte: Dictum eſt enim quod effectus huius Sacramenti non ſolum eſt adeptio habitualis gratiæ, vel charitatis, ſed etiam quadam actualis refectio ſpiritualis dulcedinis, quæ quidem impeditur, ſi aliquis accedat ad hoc Sacramentum per peccata venialia in mente diſtractus, non tamen tollitur augmentum habitualis gratiæ, vel charitatis.*

183 Siluius 1.2. q. 113. ar. 3. quæritur 3. in poſteriori concl. ſic ait: *Ad verba ex 4. ſent. Reſp. illa cenſeri aut reuocata, ſi de augmento gratiæ habitualis procedant, aut explicata per locum q. 79. in 3. p. Videntur tamen poſſe intelligi de vno particulari effectu Sacramenti, qui eſt augmentum gratiæ actualis, hoc eſt refectionis mentis, & ſuauitatis ſpiritualis, quæ per peccatum veniale impditur, iuxtà illud vulgare; peccata venialia impediunt feruorem charitatis; dicit enim ibidem (ſcilicèt in 4.) quod diſtractiones actualem deuotionem impediant, & quod peccata venialia actū virtutum tollant.*

184 Hæc Siluij conciliatio locorum S. Thomæ eſt omnino menti eius accomodata; nam in 4. loco cit queſt. 1. ad primū ait: *augmentū dici dupliciter, vno modo cōmuniter, & hoc modo virtutes augentur per omnia Sacramēta, quæ gratiā inueniunt in ſubiecto; alio modo augmentum dici propriè prout eſt in viuentibus ex coniunctione nutrimenti, & talis modus augmenti virtutum eſt proprius huius Sacramenti*: patet ex his S. Thom. in 4. aſserere peccatum veniale tollere augmentum virtutum, quod eſt proprium huius Sacramenti; non verò augmentum gratiæ habitualis, quod eſt commu-

ne

tie omnibus Sacramentis, quod augumentum gratiæ habitualis expreſſit in 3. p. à peccato veniali non impediri.

185 Ideò rectè S. Tho. in 4. dum loquitur de augumento, quod impedit peccatum veniale, dixit augumentum gratiæ, nulla facta mentione, quod hæc eſſet habitualis; in 3. p. verò expreſsè dixit gratiæ habitualis augumentum non impediri à peccato veniali, ſignum euidens ipſum in 4. locutum eſſe de augumento gratiæ actualis, ſcilicèt ſpiritualis cuiuſdam refectionis &c.

186 In 3. p. verò de gratia habituali, Confirmatur ex loco 3. p. ad primum vbi docet accedentem cum peccato veniali ad hoc Sacramentum percipere habitualem effectum, non actualem, quaſi diceret percipere augumentum gratiæ habitualis, non verò actualem illam refectionem &c. proprium huius Sacramenti effectum; Vndè conſonant dicta S. Tho. omni varietatis ſuſpicione excluſa.

XLII.

SENTENTIA.

1 *De ordinatione Eccleſiæ homines obligantur ſumere Corpus Chriſti.*

RETRACTATIO.

2 *Homo tenetur hoc Sacramentum ſumere non ſolum ex ſtatuto Eccleſiæ, ſed ex mandato Domini.*

CONSTANTIA

187 SANCTVS Thomas 4. d. 9. 1. ar, 2. q. c. dixit: *quantum eſt de ſe non eſſe de neceſſitate ſalutis, ſed de ordinatione Eccleſiæ homines obligantur ſecundum Eccleſiæ ſtatutum Corpus Chriſti ſemel in anno ſumere*: & diſtinct. 12. q. 3. ar. 2. q 1. c. iterum dixit: *Nulli licet omnino à communione ceſſare, quia Eccleſia ſtatuit tempus, in quo fideles communicari debeant.*

188 Sed mutato conſilio, inquit, Lugo de Sac. Euchar. diſp 16. ſec. 1. num. 2. S. Doctor 3. p.q. 80. ar. 11. c. docuit non ſola Eccleſiæ ordinatione. ſed inſuper diui-

na

Digitized by Google

no præcepto obligari homines ad ſumendam S. Euchariſtiam ; ſic enim ibi loquitur : *& ideò manifeſtum eſt , quod homo tenetur hoc Sacramentum ſumere, non ſolum ex ſtatuto Eccleſiæ , ſed ex mandato Domini dicentis Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem* .

189 Suppono certum eſſe non actualem , ſed ſpiritualem communionem , quantum eſt de ſe , eſſe de neceſſitate ſalutis . Ita S. Tho. 3. p. q. 73. ar. 1. & in 4. loco cit. difficultas eſt Vtrum adulti obligentur ad ſumendum Corpus Chriſti ſola ordinatione Eccleſiæ , vel inſuper & diuino præcepto ; ſola ordinatione Eccleſiæ obligari S. Thomas nunquam dixit ; ſed in 4. abſtinuit ab illa excluſiua , dum docuit non licere à communione omninò abſtinere , quia ordinatione Eccleſiæ obligarentur homines Sacram Euchariſtiam ſumere : hoc autem non fecit , quia intenderet excludere etiam diuinum præceptum , vt putant, qui eum in 3. p. mutaſſe ſententiam volunt , ſed ne pro ſua ſumma modeſtia , & ergà Doctos eximia reuerentia, aduerſaretur , cum Pariſijs Textum Magiſtri publicè interprætaretur S. Bonauenturæ , cœteriſque ſuis Colleghis , qui cum Alexandro hoc diuinum præceptum adeſſe negabant ; in 3. p. poſteà huiuſmodi reſpectu ceſſante , adiunxit expreſsè ordinationi Eccleſiæ præceptum diuinum, obligans in ſua ſententia homines adultos ad ſumendum Corpus Chriſti .

190 Quod & rectè colligi poteſt ex ipſo Textu loci cit. ex 4. ſent. diſt. 12. nam ibi dixit : *vndè qui omninò deſiſtunt* (ſcilicèt à communione) *efficiuntur rei tranſgreſſionis præcepti* : S. Thomas ergo cum vtitur indefinitè hac voce , *præcepti* , inſinuare fortaſsè voluit aliud eſſe præceptum vltrà ordinationem Eccleſiæ communicandi . Præterea in 4. ordinationem Eccleſiæ ſemper limitauit ad tempus communicandi; tranſgreſſionem verò præcepti ampliauit ad omninò deſiſtentes à communione : Vndè ſuſpicari poſſumus in mente

Digitized by Google

ſua tunc retinuiſſe præceptum ſimpliciter communicandi eſse diuinum ; præceptum verò Eccleſiaſticum indicere tempus certum ad communicandum .

191 Tandem cum S. Thom. nunquam dixerit ſola ordinatione Eccleſiæ obligari homines ad communicandũ , vt ei imponitur, nunquam excluſit expreſsè præceptum quoque diuinum ad hoc idem adeſse , etſi in 4. loco cit. de hoc diuino præcepto ſpecialem mentionem non fecit , quam tamen fecit in 3.p. hoc non conuincit fuiſſe in hac ſententia inconſtantem , cum argumentum negatiuum nihil probet : In Doctr. Chriſtiana inter præcepta Eccleſiæ recenſetur præceptum communicandi , quod tamen ibi nullibi inuenitur expreſsum id eſſe quoque diuinum præceptum ; nec ideò fuit vſque modo, qui ſenſerit in Doctrina Chriſtiana negari ad communicandum obligari homines etiam ex diuino præcepto .

XLIII.

SENTENTIA.

1 *Confeſſio ordinatur directè ad remiſſionem pœnæ.*

RETRACTATIO.

2 *Hoc Sacramentum principalius inſtitutum eſt ad deletionem peccati mortalis.*

CONSTANTIA.

192 SANCTVS Thomas 4. d. 22. q. 2. ar. 2. in cor. ait: *Confeſſio operatūr præſuppoſita contritione, quæ culpam delet, & ſic ordinatur Confeſſio directè ad dimiſſionem pœnæ.*
193 Siluius in ſup. q. 10. ar. 5. §. *quod in initio*, inquit: *quod in initio corporis* (*ſcilicèt art. ſupradicti*) *dicit Confeſſio directè &c. tacitè retractatum videtur* 3. *p. q.* 84. *partim art.* 2. cum dicit: *remotam materiam Sacramenti Pœnitentiæ eſſe peccata, non acceptanda, ſed deteſtanda, quod de peccatis ſecundum quod ſunt peccata, ſiue ſecundum culpam accipi debet: Vndè in reſp. ad tertiū dicit hoc Sacramentū principaliùs inſti-*

tutum

tutum ad deletionem peccati mortalis, quod de pecca-ti macula, cui ſoli conuenit deleri, ſimiliter eſt acci-piendum, partim art. 3. cùm dicit hoc Sacramentum conſiſtere in remotione cuiuſdam materiæ, ſcilicèt, peccati, & verba formæ non ſolum ſignificare abſolu-tionem à peccatis, ſcilicèt, tam quoad culpam, quàm quoad pœnam, vt opuſc. de forma abſolutionis cap. 2. tradit, ſed etiam efficere illam.

194 Sed immeritò Siluius attribuit S. Thomæ hanc retractationem; nam Sacramentum Pœnitentiæ inſtitutum eſſe ad delendam etiam pœnam culpæ debitam, certum eſt, & S. Doctor docuit loco cit. ex 4. ſent. ibidem, & diſt. 20. q. 1. ar. 2. quæſt. 1. c. & ad Anib. eadem diſt. &c. & quamuis hoc directè pertineat ad ſatisfactionem, Confeſſioni etiam competit, præcipuè dum per antecedentem contritionem deleta eſt culpa, in quo caſu, *cum per Confeſſionem culpa non deleatur*, inquit S. Tho. *deletur directè per Confeſſionem pœna*. Ideoq; omnia à S. Doctore dicta conſonant egregiè.

Ex

Ex Commentario in Lib. Sent. XLIV.

SENTENTIA.

1 *Sacramentum Pœnitentiæ recipi poteſt informe.*

RETRACTATIO.

2 *Sacramentum Pœnitentiæ non poteſt eſſe informe.*

CONSTANTIA.

195 SANCTVS Thom. 4 d. 17. q. 3. ar. 4. q. 1. docet Confeſſionem eſſe poſſe informem, & recedente fictione percipi abſolutionis fructum.
196 A ſententia de Confeſſione in formi poſſibili raceſſiſse vult Siluius ſup. q. 9 art 1. queritur ergo 5. *Quarto apud B. Thomam*. Idque probat quia S. Tho. dicta diſt. 17. q. 3. ar. 3. q. 2. ad primum docet de eſſentia Sacramenti Pœnitentiæ ex parte ſuſcipientis eſſe contritionem, & confeſſionem, quod re-

repetit diſt. 23. q. 1. art. 4. q. 2. c. dum ait ſequi ad Pœnitentiam, ſi adſit contritio, remiſſionem peccatorum, ſicut character in Baptiſmo, & Confirmatione, & Tranſubſtantiatio in Euchariſtia: ſententia verò de effectu confeſſionis, recedente fictione, Sanct. Thomas inquit Siluius, in ſumma correxiſset, ſi ad hanc quæſtionem perueniſſet: imò eam de facto correxiſset dicit Soto in 4. d. 18. d 3. ar. 3. §. *Vndè ad S. Thomam*, vbi inquit: *S. Tho. in ſumma hoc tantum Baptiſmo conceſsit*: & diſt. 6. q. 1. ar. 8. dixit: *videri S. Th. à ſe ipſo variare; nam in 4. d. 4. q. 3. art. 2. q. 3, ad tertium docet ſola Sacramenta, quæ imprimunt characterem, poſſe reuiniſcere, ita vt hoc deneget etiam Euchariſtiæ, & poſtea illa diſt. 17. hoc idem tribuit Pœnitentiæ*: & poſt pauca ſubdit: *D. Thom. quamuis in 4. vbi non tam preſſim res examinabat, aliud (vt vulgò forſan circumferebatur) dixerit; hic verò in ſumma non niſi ſoli Baptiſmo hoc adſcripſit.*

197 Sed verè S. Thomas eandem ſententiam vbique docuit, nec vnquam ab ea receſſit, vt Thomiſtæ ferè omnes tenent. Obiecta verò, quæ adduci ſolent, nihil probant in contrarium; paſsim enim ſoluuntur à Doctoribus, qui Sacramentum Pœnitentiæ informe recipi poſſe ſenſerunt; ad eorum Tractatus editos Lectorem remitto, Dominico quoque Soto aſſerenti S. Thomam denegaſſe Sacramento Pœnitentiæ effectum cauſandi gratiam recedente fictione, quia hunc effectum attribuit Sacramento Baptiſmi, contradicit Petrus de Soto da Inſtit. Sacerd. lect. 5. de Baptiſmo.

P::

XLV.

SENTENTIA.

1 *Peccatum veniale per Purgatorij pœnam expiatur.*

RETRACTATIO.

2 *Peccatum veniale per Purgatorij pœnam non expiatur.*

CONSTANTIA.

198 SANCTVS Thomas in 4. d. 21. q. 1. art. 3. q. 1. docuiſſe videtur, in alia vita per Purgatorij pœnam expiari peccatum veniale quoad culpam, ibi enim ſic ait in cor. *& ideò cum alijs dicendum eſt, quod culpa venialis in eo, qui in gratia decedit, poſt hanc vitam dimittitur per ignem Purgatorium, quia pœna illa aliqualiter voluntaria, virtute gratiæ, habebit vim expiandi culpam omnem, quæ ſimul cum gratia ſtare poteſt.*

199 At in q. 7. de malo ar. 11. docet peccatum veniale in futuro ſœculo, non per pœnam Purgatorij remitti,

ſed virtute gratiæ, poſtquam enim præmiſerat in corp. *& ideò oportet dicere quod Venialia remittuntur eis poſt hanc vitam etiam quantum ad culpam, eo modo, quo remittuntur in hac vita, ſcilicet, per actum charitatis repugnantem venialibus in hac vita commiſſis:* In reſp. ad 9. ſic ait: *remiſſio peccati venialis &c. ſed quãtũ ad culpã non remittitur per pœnã, neq. ſecundũ quod actu ſuſtinetur, quia nõ eſt meritoria, neq. ſecundũ quod recogitatur; non enim eſſet motus charitatis, quod aliquis deteſtaretur peccatũ veniale propter pœnã, ſed magis eſſet motus timoris ſeruilis, vel naturalis:* & in reſp. ad 17. inquit: *remiſſio culpæ non fit per pœnam, ſed per vſum gratiæ, qui eſt effectus diuinæ miſericordiæ.*

200 Vndè Siluius in ſup. 3. p. q. 100. addita per Doctores Duacenſes, putat S. Thomam mutaſſe ſententiam in q. 7. de malo, quàm in 4. ſent. docuerat: ſic enim ait ar. 6. illius quæſt. *Docet S. Tho. per Purgatorij pœnam expiari peccatum veniale quoad culpam, quia pœna illa aliqualitèr voluntaria virtute gratiæ habet vim expiandi omnem culpam, quæ ſimul cum gratia ſtare poteſt. Verùm legendus eſt q. 7. de malo ar. 11. ad 9. & 17. vbi retractans id, quod in 4. ſent. ſcripſerat, dicit peccatum veniale in altero ſæculo non remitti per pœnam, ſed virtute gratiæ, prout exit in actum charitatis deteſtantis veniale peccatum.*

201 Si S. Thomæ adducta teſtimonia rectè, & diligenter perpendantur, in vtroque loco, ſcilicèt, in 4. ſent. & in quæſt. de Malo cit. compræhendemus idem omninò docuiſſe. In quæſt. de Malo docuit poſt hanc vitam remitti peccatum veniale virtute gratiæ. In 4. ſent. quæſt. cit. ad ſecundum idem docuit, dum ibi ita loquitur: *remiſſio culpæ venialis eſt ex gratia informata,*
202 *quæ in Purgatorio erit in anima ſeparata*: Nec exiſtimandum eſt aliud docuiſſe in corp. ab eo, quod poſtea docuit in reſponſione argumenti eiuſdem art. Immò clarè patet ibi quoque dixiſſe peccatum veniale in alia vita remitti virtute gratiæ; dicit enim: *culpæ venialis*

venialis &c. poſt hanc vitam dimittitur per ignem purgatorium, quia pœna illa aliqualitèr voluntaria, virtute gratiæ, habebit vim expiandi culpam omnem, quæ ſimul cum gratia ſtare poteſt : in quibus verbis Sanctus Doctor non intendit gratiam dare virtutem pœnæ expiandi culpam venialem, ita vt ſoli pœnæ gratiæ virtute eleuatæ attribuatur culpæ venialis remiſſio in Purgatorio; in quo ſenſu videtur Siluius ea interpretaſſe; ſed dum dixit pœnam virtute gratiæ in Purgatorio habere vim expiandi venialem culpam, docere voluit gratiam expiare illam culpam, prout dixit expreſsè in reſp. illa ad ſecundum in 4. ſent. ſed hanc gratiam voluit connotare omninò debere purgatoriam pœnam, nam gratia in tantum eſt apta ad expiandam culpam venialem, in quantum ei repugnat eſſe cum culpa veniali; at gratiæ non repugnat eſſe cum veniali: ergo gratiæ vt repugnet veniali, aliquid adiungendum eſt; & hoc eſt pœna, quæ dum fit aliqualiter voluntaria per actum charitatis, in quem exit gratia, tunc illi gratiæ repugnat eſſe cum Veniali, vt dixit S. Doctor in illo art. 11. q. 7. de Malo; nam per illam gratiam connotantem dictam pœnam ſtatim expiatur veniale, & ſic virtute gratiæ connotantis pœnam factam aliqualiter voluntariam per actũ charitatis, expiatur in Purgatorio venialis culpa: & hoc docuit in 4. ſent. & quæſt. illa de malo. Vndè patet S. Doctorem fuiſſe in ſua ſententia in vtroque loco conſtantem.

203 Quem diximus eſſe genuinum ſenſum verborum S. Doctoris ab ipſo intentum, euidenter etiam euincit, quod ipſemet docuit in alio ſcripto ſuper ſent. ad Anib. eadem diſt. ar. 2. in cor. vbi ſic ait; *Ideò alij dicunt veriùs, quod in Purgatorio peccata venialia dimittuntur; & hoc fit manifeſtum; Gratia enim non de ſe tollit veniale, quia ſecundum eſſentiam ei non opponitur ſine alterius adiutorio, vel intrinſeco, vt motu liberi arbitrij; quod non eſſe poteſt poſt hanc vitam, quia*

non eſt meritorius talis motus, vel extrinſeco, vt virtute Sacramenti, quæ interius operatur ad venialis deletionem., vt patet in dormiente, qui ſi poſt deſiderium Baptiſmi committat aliquod veniale ante dormitionẽ, & in dormiendo baptizetur, virtute Baptiſmi conſequitur remiſſionem venialis; quamuis autem deſit Sacramentum poſt hanc vitam, tamen aliquid loco eius poteſt delere peccatum, & ſic pœna Purgatorij vt extrinſeca cooperans, præſuppoſita gratia, delet veniale, voluntate ſe gratiæ conformante, non auxiliante, vt quidam dicunt: Ex his patet pœnam ad delendum venialem culpam de mente S. Thomæ concurrere ſolùm extrinſecè, ſicut in illo dormiente Sacramentum, ſed non in omnibus ſubſiſtit paritas, quæ à S. Doctore aſſumitur tantum ad oſtendendum quod, ſicut gratia, quæ in illo dormiente delet culpam, ſupponit Sacramentum extrinſecè, ſic gratia, quæ delet culpam venialem in Purgatorio, ſupponit pœnam extrinſecè; Vndè concludit illam venialem culpam non deleri in in illo dormiente ſine Sacramento extrinſeco, ſed deleri à gratia cauſata à Sacramento, quæ, vt ſic, illi culpæ veniali repugnat; ita non deleri culpam venialem in anima purgante ſine pœna extrinſeca, ſed deleri à gratia, quæ dum illam pœnam connotat modo ſupra explicato, culpæ veniali repugnat.

204 Nec in reſponſionibus illis duabus, ſcilicet, ad 9. & 17. in art. 11. q. 7. de Malo S. Tho. dixit oppoſitũ, cum negauit expreſsè culpam venialem in Purgatorio deleri per pœnam, vt Siluius exiſtimauit: nam reſpondendo ad illa argumenta, pœnam ſumebat in eo ſenſu, quo in argumentis aduerſarij eam vſurpabant. At aduerſarij pro pœna intelligebant pœnam vt abſtrahentem, & contradiſtinctam à gratia; ſic enim arguebant: *non remittitur culpa in Purgatorio niſi, vel per pœnam, vel per gratiam*; ſubſumebant poſteà in arg. 9. *ſed non remittitur ratione pœnæ, tum quia cum pœna ſit effectus culpæ, non agit in culpam, tum quia*

pari

pari ratione omnis pœna tolleret culpam; *quod de pœna Inferni patet eſſe falſum*; *ſimiliter nec ratione gratiæ, quia gratia non opponitur veniali, ſed compatitur ipſum ſecum*; & in arg. 17. dicebant: *Ignem Purgatorij eſſe inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, & non diuinæ miſericordiæ, cuius eſt peccata remittere*: Patet ergo aduerſarios arguendo ſumpſiſſe pœnam vt abſtrahentem, & contradiſtinctam à gratia; S. Thomas vero illis reſpondendo, conceſſit culpam venialem non remitti ratione pœnæ vt abſtrahentis, & contradiſtinctè à gratia; ſed negauit non remitti per pœnam virtute gratiæ eam connotantis; nam docuerat in 4. & illo art. 11. quæſt. 7. de Malo, veniale remitti in Purgatorio virtute gratiæ, quæ euaſerat ratione pœnæ connotatæ, modo ſupra explicato, veniali repugnans, & cũ veniali incompatibilis.

Ap-

APPENDIX. I.

205 QVOD docuit S. Tho. q. 3. de Poten. ar. 7. de Dei motione, & applicatione virtutis cuiuslibet rei naturalis ad agendum, quidam ſcripſerunt S. Doctorem in cœteris ſuæ doctrinæ locis retractaſſe. Verùm ipſum eandem ſententiam ſemper ratam, ac firmam habuiſſe conſtaret euidenter, ſi authoritates, in quibus de hac Dei motione, & applicatione agit, ex vniuerſo ſuorum operum volumine adducerentur, quod nos hic feciſſemus, niſi lex ſilentij à Romana, & generali Inquiſitione lata, ne modò fiat, imperaret. Id ante dictam legem præſtitere aliqui Thomiſtæ in ſuis editis Commentarijs; inter eos Siluius ex profeſſo in *explicatione doctrinæ S. Thomæ de motione primi motoris* p.p. ar. 9. & deinceps, quæ prodijt Duaci impræſſa apud Marcum Vvyon Typographũ iuratum Anno 1609.

***

Ap-

APPENDIX. II.

206 QVIDAM ſcripſerunt in Controuerſia Conceptionis Beatiſſimæ Virginis Sanct. Thomam varium, & inconſtantem fuiſſe, nos menti S. Doctoris in hac Controuerſia conſona quædam accomodatè dixiſſe putamus ſupra prim. par. Concluſ. 24. præcipue num. 244.

LAVS DEO.

Immaculatæ Virgini Deiparæ, & S. Thomæ Aquinati Eccleſiæ Doctori Angelico.

INDEX

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX

Rerum notabilium in Secunda Parte huius Manualis.

Numerus numerum marginalem deſignat.

ACCIDENS quomodo ſeparari poſsit à ſubiecto 178. & ſequent.

Adam cognouit ne futura contingentia, & cogitationes cordium? 45. & ſeq. non transfudiſset in poſteros aliud peccatum præter primum 59. & ſeq.

Angelus moueri poteſt motu continuo, & non continuo 22. & ſeq. omnibus Angelis in

via reuelatum eſt myſterium Incarnationis ſecundum ſubſtantiam ; quantum verò ad circunſtantias, tantum bonis à principio eorum beatitudinis 24. & ſeq. Angeli in ſtatu beatitudinis mereri ne poſſunt præmium accidentale? 30. & ſeq. Angeli aſsiſtentes quomodo influant in medios, & infimos 40.

Ariſtoteles in logicis inducebat exempla ſecundum opinionem aliorum 54.

Articuli fidei diffinitio 78. & ſeq.

Beati ante diem Iudicij mereri ne poſſunt præmium accidentale? 33. & ſeq. eorum locus in Cœlo Empyreo 168. & ſeq.

S. Bonauenturæ opiniones à D. Thom. ob reuerentiam non improbatæ 31. & 188.

Cœlum Empyreum influit ne in hæc inferiora? 39. & ſeq.

Chriſto Domino conueniens ne fuit vouere? 85. & ſeq. quomodo dicatur vnus, cum eius perſona in duabus naturis ſubſiſtat 143. eius ſcientia acquiſita fuit diſtinctus habitus ab infuſa 158. 159. eius temporale dominium, dum viueret in Terris, expenditur 160. & ſeq. quomodo cum hoc dominio compatibilis eſſet eius arctiſſima paupertas 163. de eius ſitu in Cœlo diſseritur 164. & ſeq.

Cir-

Digitized by Google

Circunciſionis gratia erat poteſis ad omnes effectus 173.

Confeſſio Sacramentalis ne dum eſt inſtituta ad delendum culpam, ſed etiam ad remiſsionem pœnæ 191. & ſeq.

Conſcientia non eſt alius habitus à ſcientia 53.

Creandi poteſtas an cōmunicari poſsit creaturæ diſſeritur 14.

Damnati ante diem Iudicij demereri ne poſsunt pœnam aliquam accidentalem? 33.

Deus eſt obiectum Theologiæ 1. & ſeq. Vtrum ſit demonſtrabile Deum non poſſe facere, vt ſint infinita actu 18. de Dei motione, & applicatione virtutis cuiuslibet rei naturalis ad agendum 204.

Donum vide V. *Intellectus*.

Ebrietas ſit ne peccatum ex ſuo genere mortale? 115.

in Euchariſtiæ Sacramento quomodo ſenſus non fallantur 175. & ſeq. accidentia ibi retinent indiuiduationem, quam habebant in ſubiecto 179. Vtrum veniale impediat effectum huius Sacramenti 180. & ſeq. ſpeciali modo in hoc Sacramento virtutes augentur 184. hæc propoſitio cenſetur vera, *Corpus*

Chriſti vnitum Sacramentaliter pluribus ſpeciebus eſt plura Sacramenta 138. extat præceptum diuinum, & Eccleſiaſticum de ſumenda Sacra Euchariſtia 186. & ſeq.

Gratia ſi non adſit in anima, non remittitur pœna 69. & ſeq. in quo ſenſu dici poſſit medium aſſumptionis 148. & ſeq. minima reſiſtere poteſt cuilibet concupiſcentię, & vitare omne peccatũ mortale 173. quomodo in Purgatorio virtute gratię deleatur veniale 197. & ſeq.

ex Habitu infuſo multiplicatis actibus generatur ne habitus? 52.

Infinitum in actu eſſe impoſſibile Philoſophi demonſtrant 18. Argumentum deſumptum ex infinitis animabus, poſito mundo ab æterno. ibidem.

Intellectus vnitatem ponebant Auerroiſtæ 19. Donum Intellectus ſe habet etiam circa operanda 83.

in Iudicio finali omnes præmium, vel pœnam recipient 63. & ſeq. de pœna decedentium cum ſolo originali diſſeritur. ibidem.

Lumen gloriæ datur per modum formæ, & paſsionis tranſeuntis 124. eſt omnino neceſſarium ad videndum Deum 123. & ſeq.

Matrimonij Sacramenti Miniſter non eſt

Digitized by Google

Sacerdos 101. & ſeq. in quo ſenſu dicatur aliquando Miniſter 104. 105. 107. benedictio Sacerdotis non eſt forma Matrimonij, ſed quid Sacramentale 101. ideò pro illa pecuniam exigere eſt Simoniacum 111. explicatur huius benedictionis effectus 104. Conc. Florentini Decretum de Matrimonio 102. eſt ex S. Thomæ doctrina deſumptum. ibidem. Differt Matrimonium à cœteris Sacramentis 107. Vtrum in hoc Sacramento requirantur determinata verba, ſeu ſufficiant etiam nutus 106. & ſeq. ſigna, ex quibus deducitur Matrimoniũ eſſe Sacramentũ 108. Matrimonium clandeſtinum aliquando Sacramentum 102.

Membra corporis naturalis, & miſtici quomodo differant 157. in quo ſenſu membra mortua corporis miſtici dicantur illius æquiuocè membra 156. peccatores ſunt membra Eccleſiæ per fidem informem 155. & ſeq.

Meritum de condigno & de congruo 76. & 77. meritum de congruo reparationis poſt lapſum expenditur 76 & ſeq.

Morerentur poſteri Adæ, eo non peccante, ſi ipſi peccaſſent 59. ſed in pœnam peccati actualis, non originalis, ibidem; Vndè eorum poſteri propter eorũ peccatum non morerentur. ibidem.

Mun-

Digitized by Google

Mundum non fuiſſe ab æterno eſt Articulus fidei 18. potuit ne eſſe ab æterno? 17.

Omiſſiones præceptorum poſitiuorum ſunt ne paria peccata? 57.

Patris nomen in diuinis, eſt abſolutum, & relatiuum 10. & 13. eſt cum Verbo vnum principium Spiritus Sancti 142. in vnam virtutem realem conueniunt in Patre proprietates generandi, & ſpirandi 142.

Peccata mala quia prohibita non ſemper ſunt paria 55. & ſeq. Peccatum eſt ne opus ſeruile? 112. & ſeq. Veniale in Damnato punitur pœna æterna 96. Vtrum impediat effectum Sacramenti Euchariſtiæ 180. quomodo dimittatur in Purgatorio 197. & ſeq.

Peccatotes in quo ſenſu dicantur membra Eccleſiæ 154. & ſeq. & membra mortua, & æquiuocè membra 156. differunt in hoc ab Infidelibus, Hæreticis, & Schiſmaticis 156.

Pœna damni multo grauior quàm pœna ſenſus 65. quæ debetur remiſſa culpa, non remittitur ſine gratia 69. reſidua poſt culpam, in Damnato erit æterna. ibidem & ſeq.

Pœnitentiæ Sacramentũ exigit in forma verba, ſed eius materia poſſunt eſſe etiam nutus 107. in quo ſenſu dicatur hoc Sacramentum

recipi

recipi aliquando informe 194. & ſequent[illegible].

Perſonæ diuinæ ſi aſſumerent vnam humanitatem, dicerentur vnus homo 131. ſi vna perſona aſſumeret duas humanitates, diceretur ne vnus homo, aut duo homines? 130. & ſeq. proprietates perſonales & non perſonales in diuinis 142. Pater, & verbum ſunt vnum principium Spiritus Sancti 142. quomodo perſona diuina aſſumere potuiſſet naturam perſonatam 144. & ſeq. expenditur Caſus, in quo perſona diuina dimitteret naturam aſſumptam 146. ſi aſſumeret naturam perſonatam, deſtrueret perſonalitatem 144. & ſeq.

Præceptum de Sanctificatione Sabbati tranſgreditur ne, qui in die feſto peccat? 112. & ſeq. Præceptum, quod extat, de ſumenda Euchariſtia 186. & ſeq.

Prophetia importat ne obſcuritatem? 121. & ſeq.

Pueri decedentes cum originali nulla punientur pœna ſenſus, nec animi afflictione 62. & ſeq. explicantur Sanctorum authoritates, quibus videntur ſentire oppoſitum 68.

in Purgatorio Animæ poſſunt ne aliquid mereri? 35. & 38. quomodo in Purgatorio deleatur culpa venialis 197. & ſeq.

Re-

Digitized by Google

Regimen vnius optimum 73. & ſeq. in quo ſenſu dici poſſit aliud regimen iſto præſtantius 74. & 75.

Religioſus non vouet ſeruare omnia, quæ ſunt in Regula 127. & ſeq. quomodo peccet transgrediendo, quæ ſunt in Regula 129.

Sacramenta conſiſtunt in rebus, & verbis 107. cauſant gratiam non ſolum diſpoſitiuè, ſed etiam inſtrumentalitèr 171. in quolibet Sacramento virtutes augentur 184.

Scientiæ nomen ſignificat qualitatem, & relationem 12.

Simonia committitur in docendis Liberalibus artibus, ſi vendatur finis 87. & ſeq. & ſi ſumatur prætium pro benedictione nuptiarum 111.

Subſtantiui nominis vſus decernitur 133.

Theologiæ obiectum quodnam ſit 1. & ſeq.

S. *Thomæ Doct. Angelici* ſingularis reuerentia erga SS. Patres cæteroſq; Doct. 31. 81. & 188.

Verbi nomen in diuinis impoſitum eſt principaliter ad ſtandum perſonaliter num. 5. & ſeq.

Virginitas in ſtatu innocentiæ an ſolueretur? 50. & ſeq.

LAVS DEO.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
QVÆDAM
IN
TEXTV OPERVM
S. THOMAE
DOCTORIS
ECCLESIÆ

Quas ſuo Manuali Thomiſticarum Controuerſiarum Author adiunxit.

R O M Æ.
Apud Succeſſores Vitali Maſcardo,
M D C L X V I.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

COLVMELLA.

IN magna ſilua boni Venatoris eſt indagantèr feras quamplurimas capere, nec cuipiam culpa fuit non omnes cœpiſſe.

Digitized by Google

LECTORI.

IN impręſſione Opęrum D. Thomæ authoritate Pij V. Romæ facta, clariſſimorum Virorum ſtudio, ac exquiſita diligentia, ne dum opera prædicta; verùm & Commentaria Cardinalis de Vio Caietani recognita ſunt, & adhibitis vetuſtiſſimis, & caſtigatiſſimis authoraphis, loca quæ ab ipſis diſſonabant, reſtituta fuere, itaut caſtigata, & emendata adeò prodierint, vt mentem S. Doctoris; quam quædam exemplaria violauerant, prorsùs expreſſerint.

Verùm humana diligentia manca ſemper erit, & quamuis oculatiſſima, nun-

Digitized by Google

nunquam tamen adeò plena, vt aliqua etiam linceos Impræſſionis præſides non prætereant; quod cum experientia teſte compertum fuerit in dicta impreſſione quandoque euenïſse, ea loca, quæ mihi occurrerunt in ſumma præcipuè Impreſſionis Venetæ apud Dominicum Nicolinum Anni 1564 quatuor, vel corrigenda, vel ſupplenda, vel variæ lectionis apud ſapientes, in meum commodum colligebam, & hæc ſunt, quæ in ſequenti libello tibi Lector bone communico, alia fortè occurrent, quæ me præterierunt, ſed nec ego opera D. Thomæ ea rimari diligentia intendebam, vt nihil ſupereſset, quod quereretur, vel deſideraretur vlteriùs perpendendum; nec tanti me facio, vt exiſtimem potuiſse omnia, quæ Scriptorum, vel Impræſsorum incuria, aut ex humani ſtudij natiuo defectu in opere immenſo irrepſerant, emendare, ſi labor meus depræhenſus fuerit imperfectus, doctus Lector perfectiora præſtabit.

Ve-

Digitized by Google

Veruntamen abolenda omninò eſt falſa aliquorum exiſtimatio, dum ex lectione Epiſtolæ ad pium Lectorem, quæ vniuerſo S. Thomæ operi authoritate Pij V. recognito in primo Volumine præmittitur, putauerunt Impræſsionis præſides in ea faſsos eſse, *ex operibus eiuſdem S. Doctoris, omnia loca expunxiſſe, quæ poſt Decreta Tridentina poterant Lectorem dubium, vel ſuſpenſum reddere, quibuſdam etiam alijs iuſſu Sum. Pont. Pij V. ſublatis*; in errorem manifeſtum lapſi ſunt, qui ſcripſerunt hæc de S. Thomæ operibus dicta fuiſse; nam non de operibus S. Thomæ, ſed de Commentarijs Caietani Epiſtolæ authores loquebantur, in quibus multa expunxerunt, multa ſubſtulerunt, quæ vel hæreticorum perfidia inuexerat, vt notauit etiam Index expurgatorius Hiſpanicæ Inquiſitionis littera T. Verbo *Thomas Caietanus*, vel Commentator ex humana infirmitate aſseruerat, quorum aliqua ipſemet deleuerat, & ſi po-

ſte-

ſterioribus Decretis fuiſſe improbata viuens compræhendiſset, pariter deleuiſſet. Quod vt fiat manifeſtius, Epiſtolæ Textum, ex quo ſuum hauſerunt errorem, qui inciderunt in eum, hic ad verbum annexum Lector perpendat: *Primo reſtituimus locos quamplurimos tam in Textu, quam in Commentarijs, qui aliàs aut inter imprimendum irrepſerant, aut etiam impræſſi non fuerant, aut denique falſariorum hæreticorum perfidia, prodigioſè corrupti fuerant: Curauimus itaq; vt quam emendatiſſimè imprimerentur omnia, amotis etiam ex eiſdem Commentarijs, atque expunctis omnibus locis iuxta noſtri Ordinis Sanctiones, qui poſt Decreta Tridentinæ Synodi lectorem poterant detinere dubium, vel ſuſpenſum, quos videlicet, vel ipſemet Commentator viuens emendauerat et ſi viueret emendaſſet, vel, vt diximus, falſariorum & impiorum perfidia temerauerat: etiam quibuſdam alijs de mandato S. D. N. Pij diuina prouidentia Papæ quinti ſublatis:*

Hæc

Hæc de Cajetani Commentario tantum dicta fuiſſe luce clarius conſtat. His animaduerſionibus Textus S. Thomæ ſubiacere nunquam potuit; nam puriſſimum S. Thomæ laticem impuritas nulla turbauit, nec in Angelicæ doctrinæ candore adhuc inuenta eſt macula: ſi plures plurimi, & nos inter eos minimi obſeruarunt in S. Thomæ operibus irrepſos neuos, vel defectus, ſeu varios, & etiam inter ſe pugnantes Textus, in quibus emendandis Magiſter Franciſcus Garzias ſæculo ſuperiori in opere, quod edidit, ſpecialem adhibuit induſtriam, in incuriam ſcriptorum in impræſſorum negligentiam, & in impræſſionis aſſeſsores oſcitantes omnia hæc ſunt reducenda, nec non & vetuſtiſſima exemplaria, quæ fide ex antiquitate mutuata videntur paria, ſed in verbis non conueniunt, occaſionem dederunt varijs lectionibus. Attamen nulla eſt lectio, quæ verè S. Thomæ menti conſonet, quin recta dicat, & ab omni prorſus errore aliena contineat.

No-

Digitized by Google

Noſtrum Manuale Controuerſiarum in ſuis duabus partibus id euidenter conuincit. Opuſculum ſequens in idem collimat; eſt enim quædam ſynaxis textuum, qui me detinebant, dum libros operum S. Thomæ luſtrando, Maſsam Auri ex ſparſis in eius operibus ſententijs, quibus tota noui, & Veteris Teſtamenti Sacra Scriptura exponitur, conflarem, quæ fortaſse impræſsa prodibit aliquando, & prædictum Manuale Thomiſticarum Controuerſiarum inſtruerem, quia vel mutilæ, vel redundantes erant, vel à genuina lectione diſcrepantes, occurrebant, vel aliquam dilucidationem me iudice exigebant, vt S. Thomæ mens nulli eſse poſset ambigua. Lector noſtro labore fruere, & S. Thomæ Doctoris Angelici ſequere mores, ac doctrinam, vt diuino tibi adhærente auxilio, hanc intellectu conſpiciens, illos imitatione complens, cum ipſo viuas in gloria. Amen.

QVÆDAM ANIMADVERSIONES CIRCA TESTVM OPERVM S. THOMAE

S. R. E. Doctoris Angelici

In Prima Parte SVMMÆ THEOLOGIÆ.

QVÆSTIONE 3. ar. 8. c. & *hæc dicitur fuiſſe opinio Almarianorum*: ab Almerico, cuius peruerſiſſima dogmata reprobantur, & condemnantur in cap. Damnamus, vt obſeruat Penna p. p. Directorij Com. primo ibidem ly: *Secundò vndè Deus poteſt eſſe pars alicuius compoſiti*: corrige *non poteſt eſſe*.

q 1. 2. 1. in princ. *præter philoſophicas*, alibi, *pręter phyſicas*, conſulēdus Sylu. ibi

Quæſt. 4. art. 1. ad primum: *cui non deeſt in actu*: lege, *cui non deeſt eſſe in actu*.

Quæſt. 5. ar. 3. ad quartum: *prout abſtrahunt vt à motu*, dele ly: *vt*.

Quæſt. 8 ar. 1. ad tertium: *per diſsimilitudinem naturæ, vel gloriæ*: alibi legitur. *vel gratiæ*.

Digitized by Google

Art. 3. in arg. ſ. c. *Greg. dicit ſuper Cant. Cant. quod Deus communi modo eſt in omnibus rebus &c.* hanc ſententiam attribuit Magiſter in primo diſt. 37. S. Gregorio ſcribenti ſuper Cant. Cant. cuius fidem ſequutus eſt S. Thomas; non tamen ibi inuenitur, ſed quid ſimile in Hom. 8. ſuper Ezech. & lib. 25. Moral cap. 19. Quapropter in margine editionũ veterũ diſt. 37. præfata ſententia notatur lib. 25. Moral. 19. & in margine editionum recentiorum, Hom. illa 8. ſuper Ezech. in exemplari Duacenſi notatur in margine gloſ. ſuper Cant. Cant. quia ibi cap. 5. ſuper illa verba *quod abijt* legitur ſententia S. Gregorio ſupra attributa.

Art. 4. c. *ſi homo eſt albus dentem*: corrige, *ſecundum dentem*, *ſeu dente*: Ibidem, *quia quocumque loca*: corrige, *quotcunque loca*.

Quæſt. 10. ar. 3. in arg. ſ. c. *Auguſtinus in lib. de fide ad Petrum cap. 6.* alibi legitur: *Auguſtinus ad Marcellam*, alibi: *Hieronymus ad Marcellam*: hæc poſtrema lectio videtur magis vera; nam Auguſtinus nunquam ſcripſit ad Marcellam, & quamuis ille liber de fide ad Petrum aſcribatur Auguſtino, & inter opera eius connumeretur Tomo 3. Vndè ſepè inuenitur ſub nomine Auguſtini citatus ab Authoribus antiquis; eſt autem Fulgentij: Tamen illa ſententia, quam adducit S. Tho. ſcilicet: *Deus qui exordium non habet*, non inuenitur in illo libro niſi æquiualenter per hæc verba: *firmiſſime tene, & nullatenus dubites ſolum Deum verum, & æternum, & incommutabilem eſſe*: In Epiſtola verò Hieronymi ad Marcellam, quæ eſt 136. legitur pars ſupradictæ ſententiæ adductæ à S. Thoma, quæ tamen integra habetur in Epiſtola 57. eiuſdem Hieron. quæ eſt ad Damaſum Papam, quam cum Magiſter in primo Sent. diſt. 8. adduxiſſet, Hieronymo ſcribenti ad Damaſum attribuit. Accidit aliquando ſcriptoribus, quod cum velint vnum Authorem ſcribere, alium exprimant, nec tamen hoc illis ad vitium reputatur; nam Auguſtinus, vt refert S. Thomas ſuper

per cap. 27. Matth. ſoluens illud dubium, ſcilicet, quare Matth. ſcripſerit illam ſententiam : *Et acceperunt triginta argenteos &c.* eſſe Ieremiæ, cum tamen ſit Zachariæ cap. 11. dixit : *contingere aliquando quod volens exprimere nomen vnius Authoris, occurrit nomen alterius. Ideò poteſt eſſe quod cum vellet ſcribere Zachariam, ſcriberet Ieremiam* : idem dici poſſet in proposito de S. Thoma, qui cum vellet ſcribere Hieronymum ad Damaſum, ſcripſerit Aug. vel Hieron. ad Marcellam.

Art. 4. ex Titulo delendum videtur aliquibus: *ab æuo*: nam S. Thomas in Articulo non agit niſi quod æternitas ſit aliud à tempore; Verùm in principio quæſtionis à S. Thoma fuit appoſitum.

Art. 5. c. *patet de Angelis, quod ſi habent eſſe tranſmutabile*: corrige, *intranſmutabile*.

Quæſt. 11. ar. 1. c. in fin. *eſſe cuiuslibet rei conſiſtit in diuiſione*: corrige, *in indiuiſione*.

Art. 2. in primo arg. *ergo vnum opponitur multitudini*: corrige, *non opponitur multitudini*.

Quæſt. 12. ar. 5. ad ſecundum : *& ideò poteſt dici quod non eſt medium, in quo Deus videatur, ſed ſub quo videtur*: quidam Codices omittunt illud : *ſub*, legendo : *ſed quo videtur* : omittendum tamen non eſſe plures Doctores putant.

Art. 12. *cauſa excedens omnia ſua cauſa* : corrige *omnia ſua cauſata*.

Quæſt. 13. ar. 1. ad tertium : *ad ſignificandam ſubſtantiam* alibi *ad ſignificandam ſubſiſtentiam* : ibidem : *Verba ſubſtantiam verò, & participia* : dele *ſubſtantiam* : & lege : *Verba verò, & participia* : Ibidem in fin. *ſecundum hoc, & pronominibus nominibus relatiuis* : lege *pronominibus, & nominibus*.

Art. 5. ad primum *quod in participatione ſpeciei conſtituit* : corrige *conſiſtit*.

Art. 10. in Titulo : *Vtrum hoc nomen Deus vniuocè dicatur de Deo per participationem, ſecundum naturam, &*

& ſecundum opinionem : corrige : *Vtrum hoc nomen Deus vniuocè dicatur de Deo per naturam , & per participationem , & ſecundum opinionem* : hoc enim quærit S. Thomas in principio Articuli : *In cor. nam hoc nomen , Deus , ſecundum quod pro Deo vero ſumitur , in ratione Dei ſumitur ſecundum quod dicitur Deus ſecundum opinionem , vel participationem* : aduerte in aliquibus Codicibus comam , quam poſuimus poſt : *ſumitur* poſtponi poſt : *in ratione Dei* .

Quæſt. 14. ar. 7. ad ſecundum : *per cauſam quaſi prius cognitam effectus cognitos* : alibi *effectus incognitos* .

Quæſt. 15. ar. 3. in fine tituli adde : *in ipſo* .

Quæſt. 16. ar. 2. Titulus eſſe debet . *Vtrum veritas ſit ſolum in intellectu &c:* in pluribus Codicibus deeſt ly : *ſolum* .

Quæſt. 19. ar. 3. in 3. arg. *quia , Deus eſt , per ſe neceſſe eſſe* , corrige : *per ſe neceſſe eſt* . Ibidem ad ſeſtum : *quia igitur omnia alia habent neceſſarium eſſe ſecundum quod ſunt in Deo , non autem ſecundum quod ſunt in ſe ipſis , habent neceſſitatem abſolutam , ita , quod ſint per ſe ipſa neceſſaria* : dele comas poſt : *in ſe ipſis* , & poſt *ita* , & lege ſine coma : *in ſe ipſis habent neceſſitatem abſolutam , & ita quod ſint &c.*

Quæſt. 23. ar. 3. ad ſecundum : *ſed eſt cauſa derelictionis à Deo* , in aliquibus Codicibus deeſt ly : *cauſa* .

Art. 4. ad ſecundum : *neque tamen erat qui eligit* , corrige, *neque tamen errat qui eligit* .

Quæſt. 30. ar. 2. ad tertium : *quæ eſt ſub eſſentia* , corrige , *ſua eſſentia* .

Quæſt. 31. ar. 2. c. *Ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæreſis , vt Hieronymus dicit* . Hæc propoſitio non inuenitur in Hieronymo , S. Thomas eam deſumpſit ex Magiſtro , qui in 4. diſt. 13. Hieron. attribuit . Ibidem ad primum . *Vnde ad eius rationem ſufficit diſtinctio ſubſtantiæ , quæ eſt hypoſtaſis* : in aliquibus Codicibus deeſt ly · *ſubſtantiæ* .

Art. 3. ad tertium : *ſolus Deus Pater* , lege : *ſolus Deus eſt Pater* .

Quæſt.

Quæſt. 33. ar. 4. ad ſecundum : *& ſecundum hoc Hieronymus dicit Spiritum Sanctum eſſe ingenitum* : ſecutus eſt S. Tho. in aſcribendo hanc ſententiam Hieronymo, ne dum hic, ſed etiam ſuper diſt. 13. 1. ſent. q. 1. art. 4. in primo arg. & op. 1. cap. 8. fidem Magiſtri, qui in primo illa diſt. 13. producit iſta verba ex Hieronymo in regulis diffinitionum contra hæreticos, qui liber ſub hoc Titulo inter opera D. Hieronymi à nullo authore, qui ſcriptorum ipſius catalogum inſtruxerit, recenſitus inuenitur.

Quæſt. 34. ar. 1. ad ſecundum : *& per eundem modum poteſt intelligi, quod dicere Deo*, alibi legitur : *dicere de Deo*.

Quæſt. 36. ar. 1. ad primum : *Spiritus enim corporeus viſibilis eſt* corrige : *inuiſibilis eſt*.

Quæſt. 42. ar. 3. ad quartum : *non autem eſſentia*, corrige : *non autem eſſentiæ*.

Quæſt. 43. ar. 7. ad ſecundum : *& illi columba quam populus*, corrige : *& illi Columna*.

Quæſt. 46. art. 1. c. *nihil poteſt præter Deum ab æterno fuiſſe*, alibi : *nihil oportet præter Deum &c.*

Art. 2. in 2. arg. *& ſic habet eſſe poſt eſſe*, lege : *& ſic habet eſſe poſt non eſſe*, ad primum : *non enim mundum temporis*, lege : *mundum tempus*. *Id autem quomodò intelligant, inuenerunt*, lege : *innuerunt*. Ad ſeptimum : *vt puta ſi cauſa per ſe requiruntur*, lege : *ſi cauſæ, quæ per ſe requiruntur*.

Quæſt. 47. ar. 2. in cor. *in generalibus autem*, corrige : *ingenerabilibus*.

Quæſt. 49. ar. 1. ad tertium : *ſed in rebus voluntarijs defectus actionis à voluntate actus deficiente*, corrige : *actu deficiente*.

Quæſt. 50. ar. 3. c. *ita in rebus incorporeis poteſt attendi exceſſus ſecundum magnitudinem*, lege : *ſecundum multitudinem*, ar. 5. ad tertium : *niſi continerentur à Deo*, lege : *niſi conſeruarentur à Deo*.

Quæſt. 52. ar. 2. c. *Angelus eſt virtus, & eſſentia finita*, ali-

Digitized by Google

alibi : *virtutis &c.* in fin. *reputatur vt vnus locus eius : licèt ſit continuum*, alibi : *licèt non ſit continuum*, Siluius in Com.

Quæſt. 54. ar. 3. in cor. *poſt alio creato*, adde vbi deeſt : *eſt idem quod eius eſſentia*.

Quæſt. 55. ar. 2. c. *per ſpecies intelligibiles connaturales* : alibi : *generales naturaliter completa eſt*.

Quæſt. 57. ar. 3. c. *& ideo vnus Dei intuitus fertur in omnia, quæ aguntur per totum tempus ſicut in potentia*, corrige : *ſicut in præſentia*.

Quæſt. 62. ar. 9. c. *creaturæ verò efficacia in videndo non poſſit eſſe niſi infinita*, corrige : *finita*.

Quæſt. 63. ar. 6. c. *ſi ponatur quod in inſtanti ſuæ creationis*, alibi : *ſuæ generationis*.

Art. 7. c. *ſed eſt abijcienda hæc opinio*, corrige : *nec eſt*. Ad ſecundum : *nec hoc eſt conueniens*, lege : *nec hoc eſt inconueniens*.

Quæſt. 67. ar. 4. ad quartum : *non præcedit informationem*, corrige : *formationem*, ſequitur ibidem : *intelligat formatio*, corrige : *intelligitur*.

Quæſt. 68. ar. 2. c. *prudenter à ſenſibus habentibus*, alibi : *à ſenſibus abundantibus*.

Quæſt. 72. ar. 1. ad ſecundum S. Thomas addit textui Sacro ly *quadrupedia* : prout addit S. Auguſtinus lib. 3. ſuper Gen. ad Lit. cap. 11. Item & Beda in Examer. & dicitur extare in lectione LXX.

Quæſt. 74. ar. 2. ad quintum : *Nota S. Thomam hic vti lectione LXX. qua vſus eſt & Auguſtinus ſuper Gen. ad Lit. lib. 2. cap. 6.*

Quæſt. 76. ar. 4. ad primum : *& quod talis potentia non obijcit animam*, corrige : *non abijcit animam*.

Art. 5. c. *ſed oportet quod eam colligat ex rebus diuiſibilibus*, alibi : *ſenſibilibus*.

Art. 7. c. *Vndè vnius rei compoſitè*, corrige : *Vndè vnitas rei*.

Quæſt. 78. ar. 1. ad tertium : *& ad huiuſmodi appetitum requiritur ſpiritualis animæ potentia*, lege : *ſpecialis animæ*.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. 79. ar. 7. ad primum: *ſed memoriam accipit pro habituali animæ remotione*, corrige: *retentione*.

Art. 13. in 2. arg. *ad Tim.* 1. corrige: *ad Titum primo*.

Quæſt. 81. ar. 1. in 3. arg. *quod eſt vis cognitiua* in aliquibus Codicibus non legitur ly: *vis*.

Quæſt. 84. ar. 5. Titulus: *Vtrum anima intellectiua cognoſcat res immateriales in rationibus æternis*, alibi. *Vtrum &c. cognoſcat res materiales*: hanc lectionem tuetur noſter Medices, & fauet Textus corporis ly: *quia tamen præter lumen intellectuale in nobis exiguntur ſpecies intelligibiles à rebus acceptæ ad ſcientiam de rebus materialibus habendam; ideò non per ſolam participationem rationum æternarum de rebus materialibus notitiam habemus*, vbi S. Doct loqui de materialibus inſinuat, *alibi*. Vtrum anima noſtra (hoc eſt intellectiua, ſeu humana) omninò, quæ intelligit, videat in rationibus æternis: *hanc tuetur Siluius in Com.* hic Titulus correſpondet illi, quem S. Doctor in principio quæſtionis Articulo 5. excitandæ dubitationi præfixit.

Quæſt. 86. art. 3. in arg. ſ. c. *qua tractat de generalibus*, corrige: *de generabilibus*.

Quæſt. 90. ar. 4. ad ſecundum *ſi per ſpeciem haberet*, lege: *ſi per ſe ſpeciem &c.*

Quæſt. 91. ar. 3. c. *quod non omnes res naturales*, dele illud: *non*, vbi inuenitur.

Art. 4. in 5. arg. *ſed anima ſecundum Aug. non fuit facta ante corpus*, dele ly: *non*. Nam S. Aug. dixiſſe lib. 7. ſuper Gen. ad Lit. animam primi hominis cum Angelis ante corpus fuiſſe creatam teſtatur S Thom. q. 90. ar. 4. c. & inſuper patet ex reſponſione ad illud quintum argumentum.

Quæſt. 92. ar. 3. in primo arg. *magis ex illo addito mulier formata diceret de coſta*, lege: *magis ex illo addito mulier formata diceretur, quam de Coſta*, ad primum. *Vnde cum non appareat rarefactio in talibus multiplicationibus, neceſſe eſt ponere additionem materiæ, vel*

Digitized by Google

per creationem, quod probabilius eſt, vel per conuerſionem, alibi: *neceſſe eſt ponere additionem materiæ, vel per creationem, vel, quod probabilius eſt, per conuerſionem*: & hæc poſterior lectio videtur genuina; conſentit enim ſententiæ Aug. qua S. Tho. ſuum dictum confirmat, & teſte Syluio vbi ſupra ar. 4. quer. 2. habetur in vetuſtiſſimo manuſcripto Codice Eccleſiæ Cameracenſis, accedit quod S. Doctor 3. p. q. 44. ar. 4. ad quartum. & in 2 d. 18. q. 1. ar. 1. locutus fuerit de illa additione iuxta ſenſum poſterioris lectionis; ideoque de mente ipſius manifeſtè legitimatur.

Quæſt. 93. S. Doctor in Articulis non obſeruat quæſitorum ſeriem, quam ſibi in principio quæſtionis præfixerat; nam 6. Articulus eſt de quæſito, quod octauo ſe quæſiturum dixerat, & 7. de ſexto, & octauus de ſeptimo.

Quæſt. 96. ar. 2. c. *denominatur anima*, lege: *dominatur*.

Quæſt. 97. ar. 1. in primo arg. *ſed remota diffinitione non aufertur diffinitum*, dele ly: *non*. In 4. arg. ibi: *illud Apoſtoli*, adde: *Apocalyp.*

Quæſt. 100. ar. 2. in 2. arg. *ſi primi parentes ſic vixiſſent*, alibi: *ſic viciſſent*. Anſelmus enim, cuius eſt hæc authoritas deſumpta a S. Tho. ex eius lib. 2. Cur Deus homo cap. 18. ſic ait. *Videtur quod ſi viciſſent*.

Quæſt. 104. in fin. 1. arg. *quam perſequitur eſſe*, lege: *quam per ſe ſequitur eſſe*. In arg. 3. *aliquo agente ad corruptionem*, lege: *niſi aliquo agente &c.*

Quæſt. 111. in Tit. art. 3. ibi. *Vtrum Angelus poſſit immutare illuminationem hominis*, corrige: *imaginationem hominis*.

Quæſt. 112. art. 4. in cor. *vndè ad hos quandoque Ordines*, lege vbi tale inueneris: *ad hos quinque Ordines*.

Quæſt. 113. art. 3. dicit S. Tho. *Cuſtodia humanæ multitudinis pertinet ad Ordinem Principatuum, vel fortè ad Archangelos, qui dicuntur Principes Angelorum. Vndè & Michael, quem Archangelum dicimus, vnus de Principibus dicitur Dan.* 10. ſed in 2. ſent. diſt. 10. in expoſit. Textus inquit. *Michael Dan.* 10. *ponitur*

in

Digitized by Google

in ordine Principatuum ; Gabriel autem dicitur in ordine Archangelorum &c. cum ergo in hac poſteriori ſententia S. Thomas collocauerit Michaelem in ordine Principatuum, ſibi contradixiſſe videtur dum vbi ſupra illum inter Archangelos recenſuit, ſed rectè Syluius q. 112. ar. 2. obſeruat S. Thomam in 2. ſent. loco cit. cum dixit Michaelem Dan. 10. poni in ordine Principatuum, indicaſſe in hanc ſententiam magis inclinaſſe, maximè cum 3. p. q. 30. ar. 2. ad quartum ſcripſerit : *ſatis eſſe credibile quod Gabriel ſit ſummus in ordine Archangelorum* : cum verò certum eſſe credamus quod S. Doct. dicturus non fuiſſet Michaelem eſſe Gabriele inferiorem, ſuſpicari poſſumus eum Michaelem in ſuperiori ordine Principatuum collocaſſe, noluiſſe tamen vbi ſupra definire Michaelem Archangelum eſſe, ſed Archangelum à nobis dici, non quia ſit, ſed quia eum Archangelum nos vocare ſolemus. ar. 4. in 3. arg. *vt per eos manducantur*, corrige : *manuducantur*, ad primum : *ſed ratione poſſibilitatis corporis*, corrige : *paſſibilitatis*.

Quæſt. 114. in Titulo art. 4. poſt illud : *ſeducere*, adde : *per aliqua miracula vera*.

Quæſt. 117. ar. 3. ad ſecundum in fin. *vel etiam ex aliquo facto occulto*, alibi : *ex aliquo fato*.

Quæſt. 118. ar. 3. c. *eſſe ſine corpore eſt ſibi (hoc eſt animæ) contra naturam*. Siluius in Com. dicit ly : *contra*, poni loco : *præter*, quod colligit ex contextu, & ex q. 89. ar. 1. eiuſdem p. p. vbi S. Doctor ait : *eſſe ſeparatum à corpore, eſt præter rationem ſuæ naturæ*, ſcilicet animæ.

Quæſt. 119. ar. 1. c. *Vnde relinquitur quod alij in materia aduenire poſſit*, legendũ videtur prout alibi : *Alij materia*, ad primum : *& poteſt ros quoſdam*, corrige : *& poteſt per poros*.

IN PRIMA

Secundæ Partis

Summæ Theologiæ.

QVÆSTIONE 1. ar. 1. in primo arg. *Cum hæc propoſitio propter*, alibi: *cum hæc præpoſitio propter.*

Art. 4. in primo arg. *& ſic proceſſus boni eſt infinitum*, lege: *eſt in infinitum.*

Art. 6. c. *non mouent ſecundum quod mouentur à primo mouente*, lege: *niſi ſecundum quod mouentur.*

Art. 7. c. fin. *habens effectum benè diſpoſitum*, lege: *affectum benè diſpoſitum.*

Quæſt. 2. ar. 3. in 2. arg. & in cor. attribuitur Ambroſio hæc ſententia: *gloria nihil aliud eſt quam clara cum laude notitia*: idem inuenitur 3. c. g. cap. 29. vbi dixit Ferrarienſis in Comment. hanc ſententiam eſſe in Ambroſio ſcribente ſuper Epiſtolam ad Romanos, legitur etiam in 31. quæſt. quæ eſt in lib. 83. quæſt. S. Auguſtini vbi S. Auguſtinus dicit: *gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude*, & fortè [illegible] à S. Ambroſio, ſicut ſæpè ſolet, S. Auguſtinus hanc ſententiam deſumpſit.

Quæſt. 4. ar. 5. c. *cui non operatio dependeat*, lege: *cum operatio.*

Art. 7. in Titulo videtur delendum ly, *bona*: nam S. Thom. in

in articulo loquitur ſemper de operibus in communi, & ſolum in fine innuit illa eſſe debere meritoria, in ſequentibus promittens ſe locuturum de qualitate operum, per quæ beatitudo acquiritur, vt patet in principio quæſt. 5. vbi ſic ait: *quia igitur ad beatitudinem per actus aliquos neceſſe eſt peruenire, oportet conſequenter dè humanis actibus conſiderare, vt ſciamus quibus actibus perueniatur ad beatitudinem, vel impediatur beatitudinis via.*

Quæſt. 6. ar. 4. in fin. c. *repugnat rationi violentia*, lege: *ratione violentiæ.*

Art. 6. c. *in hoc caſu eſt impedimentum maioris mali*, meliùs alibi: *eſt impeditiuum.*

Quæſt. 9 ar. 2. in arg. ſ c. *in quo appetitu concupiſcentia*, lege: *eſt concupiſcentia.*

Quæſt. 10. ar. 3. in arg. ſ. c. *non ergo voluntas hominis ex neceſſitate mouetur appetitu inferiori*, lege: *ab appetitu.*

Quæſt. 11. ar. 1. c. *quid autem à quo, nihil ad propoſitum refert*, alibi: *quantum autem ad hoc nihil ad propoſitum refert.*

Art. 3. ad tertium: *de beatitudine creata, quæ in fruitione conſiſtit*, alibi: *quæ in viſione conſiſtit*, ſed non videtur prior lectio deferenda, ſi iuxta ſenſum rectum à Thomiſtis traditum explicetur; vndè conuincitur non aduerſari doctrinæ ſupra traditæ q. 3. ar. 4.

Art. 2. in 3. arg. *quia non eſt delectari*, lege: *quia eius non eſt delectari*, ~~in reſp. ad tertium~~.

Quæſt. 12. ar. 5. ad tertium: *ſed quaſi concupiſcentia naturali inſtinctu mouetur ad finem*, lege: *ſed quaſi concupiſcentes finem, naturali inſtinctu mouentur ad finem.*

Quæſt. 14. ar. 3. c. *dicitur enim conſilium quaſi conſilium*, lege: *quaſi conſidium.* Ad tertium: *Conſilium non ſolum eſt de his, quæ aguntur, ſed de his, quæ ordinantur ad opertiones*, legit Corradus noſter: *Conſilium dicitur eſſe de his, quæ aguntur à nobis, vel habent*

bent ordinem ad operationem,

Quæſt. 15. ar. 1. cor. *& quia actus appetitiuæ virtutis eſt quadam inclinatio ad rem ipſam ſecundum quandam ſimilitudinem; hinc eſt quod ipſa applicatio appetitiuæ virtutis ad rem, ſecundum quam ei inhæret, accipit nomen ſenſus*, Medina noſter legit: *& quia actus &c. ad rem ipſam ſecundum quandam coniunctionem*: Corradus verò legit iuxta priora verba, ſed variat ſententiam eam commando in hunc modum: *& quia actus appetitiuæ virtutis eſt quadam inclinatio ad rem ipſam, ſecundum quandam ſimilitudinem ipſa applicatio appetitiuæ virtutis ad rem, ſecundum quam inhæret, accipit nomen ſenſus*, prior lectio quibuſdam doctis videtur omninò corrigenda; nam S. Doctor p. p. q. 27. ar. 4. eam reijcit, dum inquit: *Proceſſio quæ attenditur ſecundum rationem voluntatis, non conſideratur ſecundum rationem ſimilitudinis*, hoc enim non ſtaret apud prædictos, ſi præfata lectio ſubſiſteret.

Quæſt. 17. ar. 1. c. *prout ſcilicet ratiocinatur de volendo*, lege: *prout ſcilicet ratio ratiocinatur*.

Quæſt. 18. ar. 11. in Titulo: *Vtrum omnis circunſtantia agens bonitatem*, corrige: *augens bonitatem*.

Quæſt. 19. ar. 9. in 3. arg. *ergo nec voluntas*, additur alicubi: *voluntati*.

Art. 10. c. *Bonum autem totius vniuerſi eſt id, quod eſt apprehenſum à Deo, pro eſt vniuerſi factor*, lege: *prout eſt*.

Quæſt. 20. art. 4. in fin. cor. *ſi verò paſſibilitas deſit*, lege: *poſſibilitas*.

Quæſt. 22. proponitur querendum quarto, de quo poſtea tertio agitur, & e contra.

Art. 2. ad primum: *ſicut intentio lucidi attenditur per acceſſum ad aliquod ſummum, ſed per receſſum ad aliquid ſummè lucidum*, dele: *ad aliquod ſummum, ſed per receſſum &c.* quod legitur in editione Veneta 1593. *& ſic leges attenditur per acceſſum ad aliquid ſummè lucidum, cui quanto aliquid magis &c.*

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. 27. ar. 2. ad primum in fin. *ſed cognoſcere eam perfectè*, corrige : *imperfectè*.

Art. 4. ad ſecundum : *deſiderium alicuius rei poteſt cauſa vt res alia*, lege : *poteſt eſſe cauſa vt res alia*.

Quæſt. 28. artic. 2. in corpore : *Vel in bona, quæ vult, amato eius per amorem amicitiæ; Ideò quidem ex aliqua extrinſeca*, lege : *amicitiæ, non quod ex aliqua*.

Quæſt. 30. ar. 4. ad primum : *pro vt concupiſcitur ſemel in actu*, alibi : *ſimul in actu*.

Quæſt. 32. ar. 2 in arg. ſ. c. *in quibuſdam aliernationibus*, corrige : *alternationibus*.

Quæſt. 35. ar. 8. c. fin. *vt etiam exteriora membra immobiliter ab opere*, corrige : *immobilitet*.

Quæſt. 36. ar. 1. in primo arg. *Dulcitij dolorem eſſe*, corrige : *dulciſſimum dolorem eſſe*.

Quæſt. 37. ar. 4. in Titulo : *Vtrum triſtitia magis non noceat corpori*, dele ly : *non*.

Quæſt. 38. ar. 1. in 3. arg. *minus eum querebat oculi eius, vbi eum videre ſolebat*, lege : *minus enim eum querebant occuli eius, vbi videre non ſolebant*.

Quæſt. 40. ar. 5. in 3. arg. *videtur eſſe magis cauſa quam experientia*, lege : *magis cauſa ſpei*.

Quæſt. 42. ar. 1. c. *Vnde quicunque motus appetitiua virtutis, ita portat proſecutionem*, lege : *importat proſecutionem*.

Quæſt. 45. ar. 3. c. *Vndè illi, qui benè babent ad diuina*, lege : *qui benè ſe habent*, poſt pauca : *quod illi babent paruum cor*, lege : *quod illi qui habent*.

Art. 4. in Titulo : *Vtrum audaces ſint promptiores in principio, quam in fine, in ipſis periculis*, legendum videtur : *in principio, quam in ipſis periculis*, nam ly : *in fine*, doctrinæ in articulo traditæ non correſpondet, vt patet.

Quæſt. 48. ar. 4. In Titulo delendum eſt illud : *maximè*, & legendum : *Vtrum ira cauſet taciturnitatem*, pro vt S. Tho. in initio articuli dubium mouet.

Quæſt. 50. art. 6. c. *Nullus Angelus pertinet ad perfectionem*

nem

Digitized by Google

nem Dei, vbi ita legitur corrige: *nullus Angelus pertingit ad perfectionem Dei*,.

Quæſt. 55. ar. 4. in 6. arg *ſed Auguſtinus dicit ſuper illud Io: Maiora horum faciet: qui creauit te ſine te, non te iuſtificabit ſine te*, aduerte hanc authoritatem Aug. non eſſe deſumptam ex Trac. 72. in Io: ſed ex ſer. 15. de Verbis Apoſtoli, vbi S. Auguſtinus per verba æquiualentia induxit illam ſententiam S. Io. *Maiora horum faciet*: ſic dicendo, *eris opus Dei, non ſolum quia homo es, ſed etiam quia iuſtus es. Melius eſt enim te iuſtum eſſe, quam hominem eſſe: ſi hominem te fecit Deus, & iuſtum tu te facis, melius aliquid facis, quam fecit Deus*, hæc verba patet eſſe æquiualentia illi ſententiæ S. Io: nam in his, quæ non mole magna ſunt, idem eſt maius quod melius, vt docet S. Tho. 12. q. 52. ar. 1. c. ex S. Auguſtino. Idem ergo eſt dicere: *melius aliquid facis, quam fecit Deus*, ac ſi dixiſſet: *maius aliquid facis, quam fecit Deus*, ſeu maiora facis &c. ad hæc S. Auguſtinus ſubiungit: *ſed ſine te fecit te Deus; non enim adhibuiſti aliquem conſenſum vt te faceret Deus quomodo conſentiebas, qui non eras? qui ergo fecit te ſine te, non te iuſtificabit ſine te*, in reſponſione ad ſextum: *quam Deus in nobis ſine operatur*, lege: *ſine nobis operatur*.

Quæſt. 56. ar: 5. in 3. arg. *cuius panem ponit Tullius memoriam*, corrige: *cuius partem*.

Quæſt. 59 ar. 1. c. *& terminum in ratione, informitatem appetitus tendit*, lege: *in cuius conformitatem appetitus tendit*.

Art. 5 c. *ſed tamen ad actum iuſtitiæ ſequitur gaudium ad minus in voluntate, quod non eſt paſſio*, videtur legendum: *quod eſt paſſio; nam in arg. ſ. c. gaudium dicitur paſſio*.

Quæſt. 60. ar. 1. ad primum: *quæ ſunt contingentis agibilia*, lege: *contingentia agibilia*.

Art. 5. c. *In ferijs autem ſe exhibet*, lege: *in ferijs autem*.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. 61. ar. 3. c. fin. *ſicut Athanaſij documentis*, lege: *ſicut nec Athanaſij documentis*.

Quæſt. 65. ar. 1. in 4. arg. *quod ſit prudens in his, quæ pertinent ad illa*, lege: *quæ pertinent ad alia*.

Quæſt. 67. ar. 4. c. *oppoſita perfectione perfecto*, alicubi deeſt ly; *perfecto*.

Quæſt. 68. ar. 7. in arg. ſ. c. *In Iſaia numeratio ab excelſioribus cœpit*, alibi: *ab excellentioribus cœpit*: Siluius in Com. exiſtimat poſteriori lectione priorem eſſe corrigendam.

Quæſt. 70. ar. 3. ad primum: *ſatisfactio ſit per omnes virtutes*, ſi alicubi ita legeris, corrige: *ſanctificatio ſit &c.*

Quæſt. 71. ar. 3. c. *poſſunt diuerſæ ſpecies peccatorum procedere, ſicut ex timore malè humiliante poteſt procedere quod homo furetur &c.* in aliquibus Codicibus deeſt: *ſicut ex timore malè humiliante poteſt procedere*.

Quæſt. 72. ar. 5. in primo arg. *nec dum ſint vnius ſpeciei*, lege: *nec dicitur quod ſint*, in c. *qui errat circa principia, perſuaſibilis eſt*, corrige: *imperſuaſibilis eſt*.

Quæſt. 77. art. 2. c. *quandoque autem homo conſiderat id, quod habet*, lege: *non conſiderat id*.

Art. 4. ad quartum: *propter amorem ſui peccati*, lege: *peccari*.

Quæſt. 78. art. 4. c. *quæ ex ſe ipſa malum mouetur*, lege: *ad malum mouetur*.

Quæſt. 79. ar. 4. c. *non omnibus impeditur excæcatis*, lege: *non omnibus impenditur excæcatis*.

Quæſt. 80. ar. 1. in primo arg. *directè in effectu conſiſtit*, lege: *in affectu*.

Art. 2. in 2. arg. ly: *perfectior*, lege: *perfector*, in corp. *& hoc quod paſſiones aliquæ concitantur*: lege, *& ex hoc quod &c.* circa 3. arg. art. 3. Vide quæ dicimus in proximè ſequenti Appendice.

Quæſt. 83. art. 1. ad tertium: *ſed eam diſponit*, lege: *ſed ad eam diſponit*.

Quæſt. 84. in cor. *auaritia in diutius eam promittentibus*, lege: *in diuitijs eam*.

Quæſt. 85. in initio quæſtionis ibi: *ſecundo de malitia animæ*, videtur legendum: *de macula animæ*.

Art. 3. c. *& ratio habeatur præcipuè in agendis*, lege: *& ratio hebetatur*.

Quæſt. 86. art. 1. c. *cum autem peccat adhærentibus aliquibus*, lege: *hæret aliquibus*.

Quæſt. 87. art. 5. ad ſecundum: *homines qui ſine gratia inueniuntur, per quam ſolum fit remiſſio pœnæ*, alibi; *per quam ſola*, melius: *ſolam fit remiſſio pœnæ*, ſeu: *qua ſola fit remiſſio pœnæ*, ita Caiet. legit in Com.

Quæſt. 91. ar. 6. c. *In hominibus autem ſecundum hoc non habet rationem legis, ſed magis eſt deriuatio à lege rationis*, lege: *eſt deuiatio à lege*.

Quæſt. 93. ar. 6. ad primum: *Alio modo poteſt etiam intelligi inquantum hominis opera, qui Spiritu Sancto agitur*, alibi: *opera, quæ Spiritu Sancto aguntur*.

Quæſt. 94. ar. 1. c. *Alio modo poteſt dici habitus propter id, quod*: vbi inueneris illud: *propter*, dele, & lege: *habitus id quod*.

Art. 4. c. *& ideo ſi in communibus ſit aliqua neceſſitas*, alibi: *ſit aliqua veritas*.

Quæſt. 96. ar. 3. c. *ſicut aliqua directè propter bonum*, lege: *ſicut cum aliqua directè*.

Art. 6. ad ſecundum: *per euidentiam documenti*, lege: *nocumenti*.

Quæſt. 97. art. 2. in arg. ſ. c. caput *Ridiculum*; quod ex Decreto diſt. 12. ibi tranſcribitur, ſecundum quod habetur in Codice Veteri; in edito authoritate Gregorij XIII. eſt locupletatum.

Art. 4. ad 3. *ad legem autem diuinam in ſe habet*, lege: *ita ſe habet*.

Quæſt. 98. ar. 4. c. *licebat enim vt ille populus, ex quo Chriſtus*, lege: *decebat enim vt ille populus*.

Quæſt. 99. ar. 5. c. *non cadunt niſi inquantum habent*, in quibuſdam Codicibus deeſt illud, *niſi*: apponendum tamen.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. 100. ar. 2. c. *ſi verò accipiatur iuſtificatio pro executione iuſtitiæ*, alibi: *pro affectione iuſtitiæ*. Verùm priori lectioni adhærendum eſſe docti putant.

Art. 5. in arg. ſ. c. *oſtendit vobis peccatum ſuum*, corrige: *pactum ſuum*.

Art. 7. ad tertium: *homines vt plurimum actus ſuos aliquam vtilitatem ordinant*, lege: *ad aliquam vtilitatem*.

Quæſt. 101. ar. 4. ad tertium: *Sacra autem ſacrificia, & Sacramenta erant, ſed quædam erant, quæ erant ſacra*: alibi: *Sacrificia, & etiam Sacramenta erant, ſed quædam erant, quæ erant ſacra*, legendum puto: *Sacrificia, & Sacramenta erant etiam ſacra, ſed quædam erant, quæ erant ſacra, vt potè ad cultum Dei dicata, nec tamen erant Sacrificia, nec Sacramenta*.

Quæſt. 102. ar. 1. in arg. 2. *de prohibitione ligni vitæ*, legendum creditur: *de prohibitione ligni ſcientiæ boni, & mali*, de hoc enim ligno loquitur S. Tho. dum huic arg. reſpondet.

Art. 3. in 10. arg. *omnes homines pacificè vnius generis*, vbi hoc legitur, corrige: *omnes hoſtiæ pacificæ vnius generis*, ad ſecundum in fin. *Chriſtus in vltimo offertur*, ſi ita legeris, corrige: *Chriſtus in Vitulo offertur*. In arg. 13. *cognoſcere debemus*, lege: *recognoſcere debemus*. Ad 12. *ſaltem offerret autem*, lege: *offerret autem*.

Art. 4. ad quartum: *ad interiores autem eorum rationes ſoli ſapientes per conſiderationem*, alibi: *ſoli Sacerdotes per conſiderationem*, ad ſextum de Tabula Arcæ ſita inter duos Cherubim, quæ ibi legitur: *lapidea*, vide ſupra in Concluſionibus p. p. huius Manualis Concluſione XXXIX. ibidem: *Ierem. 7. mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentes Reginæ Cœli*, lege: *placentas*, ad ſeptimum: *per neomeniam autem, quæ eſt intentio nouæ lunæ*, lege: *incenſio nouæ lunæ*.

Art. 5. ad ſextum: *vel quia colligebatur ſuper caput eius*, lege:

vel quia colligabatur, ad ſeptimum : *Vermiculus, qui habet viuum colorem*, alibi : *qui habet vermiculum colorem*: ad octauum adde vbi deeſt : *& 9. leu.* 8. corrige : *num.* 8.

Art. 6. deeſt reſp. ad decimum eam ſupplet Siluius in Cóm. ad hunc articulum.

Quæſt. 103. ar. 2. c. *erant quædam proteſtationes fidei, quæ à peccato mundabant*, alibi : *quæ à peccato mundabat*.

Quæſt. 104. ar. 2. ad ſecundum : *magis ſunt figuralia, quam iudicia alijs populis tradita*, alibi : *quam iudicialia*.

Art. 3. in 3. arg. fin *ergo præcepta iudicialia veteris legis non approbantur*, alibi : *non reprobantur*.

Quæſt. 105. ar. 1. c. *Date nobis viros*, lege : *date ex vobis viros*.

Art. 2. in 4. arg. *ergò ſufficienter fuit ordinatum*, lege : *inſufficienter*, ad ſeptimũ: *vel per conſolationem cauſæ*, vbi id inueneris lege : *vel per conſultationem cauſæ*.

Quæſt. 106. art. 1. in primo arg. *hæc autem deſcripta ſunt*, lege : *ſcripta ſunt*, in 3. arg. *ergo lex noua eſt lex indita*, lege : *non eſt lex indita*.

Quæſt. 107. ar. 2. ad ſecundum : *de Vxore dimittenda*, alibi: *de Vxore non dimittenda* : ex qua lectione videtur prior emendanda.

Quæſt. 108. ar. 1. ad primum : *interior habitus nobis infuſus inclinans non ad rectè operandum*, lege : *nos ad rectè*.

Art. 3. ad ſecundum : *in lege Moyſi erant tradita tanquam promiſſiones*, lege : *permiſſiones*, ad quartum : *ſuperfluas autem carnis delicias lex non promiſit*, alibi : *lex non permiſit*.

Art. 4. c. *nam diuinæ abdicantur per paupertatem*, lege : *nam diuitiæ*.

Quæſt. 109. ar. 6. c. *ſed oportet præſupponere aliquod auxilium gratuitum Dei exterius animam mouentis*, & in fin. *auxilium gratuitum Dei exterius mouentis*, exemplaria noua, & vetera ferè omnia, tam impreſſa, quam

ma-

manuſcripta habent : *auxilium gratuitum Dei interius animam mouentis*. Siluius in Commentario tuetur priorem lectionem ; inquit enim : *auxilium Dei gratuitum dici exterius mouere, quoniam ab extrinſeco venit, praſtatur nanque à Deo ſupra naturales hominis vires*.

Art. 9. in Titulo : *& vitare peccatum abſque auxilio gratiæ*. Videtur legendum : *abſque alio auxilio gratiæ*, additur enim ly, *alio* : à S. Tho. in ipſa quæſtionis. & articuli initio.

Quæſt. 110. ar. 1. c. *Patet igitur quod quamlibet Dei dilectionem ſequitur aliquod bonum in creatura cauſatum quandoque non tamen dilectioni æternæ coæternum*. alibi : *bonum in creatura cauſatum, quandoque tamen dilectioni æternæ coæternum*.

Quæſt. 111. art. 2. c. *ſiue gratiam Deo facit*, lege : *ſiue gratam*.

Art. 3. in arg. ſ. c. de authoritate inducta S. Aug. Vide ſupra quæſt. 55. ar. 4. in 6. arg.

Art. 4. ad tertium : *habet ſpeciales quaſdam rationes mouendi ad finem*, lege: *ad fidem*, ad quartũ : *Inter gratias gratis datas ſignificatur primo ſermo ſapientiæ*, alibi : *inter gratias gratis datas ſignificanter ponitur ſermo ſapientiæ*.

Quæſt. 112. ar. 2. c. *nulla forma poteſt eſſe niſi materia diſpoſita*, lege : *niſi in materia*.

Art. 5. c. *ille, qui accipit*, alibi : *ille, qui accipit gratiam*.

Quæſt. 113. ar. 5. in 2. arg. fin. *per totum liberum arbitrium*, lege : *per motum*, in corp. *ſe habet corpus iocaliter motum*, lege : *localitèr* : infra : *per motum liberi arbitrij accedat peccato, & accedat ad iuſtitiam*, lege : *per motum liberi arbitrij recedat à peccato*.

Art. 6. ad 3. *aliquid alium prius*, lege: *aliquid alio prius*.

Art. 7. c. *contingit ex hoc quod eſt aliqua proportio*, alibi : *diſpropoſitio*, lege : *diſproportio*.

Quæſt. 114 ar. 5. ad primum : *ſicut fidei veritas habet*, alibi : *ſicut rei veritas habet*,

AP-

APPENDIX.

QVÆSTIONE 80. p. 2. art. 3. in 3. arg. *Præterea ſecundum Auguſtinum, nonnullum peccatum eſt, cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*, & 3. p. q. 41. ar. 1. ad tertium: *& ſicut Aug. dicit, non nullum peccatum eſt quod caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*, hæc ſententia Auguſtini deſumpta eſt ex lib. 19. de Ciu. Dei cap. 4. vbi ita legitur: *Neque enim nullum eſt vitium, cum ſicut dicit Apoſtolus, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*. In quo ſenſu S. Thom. dixerit cum S. Auguſtino 3. p. loco cit. & in 4. diſt. 49. q. 5. ar. 3. q. 1. ad 2. *Tentatio, quæ eſt à carne, non poteſt eſſe ſine peccato*, ipſe declarat 12. loco adducto; vbi dum explicat ſententiam S. Aug. & oſtendere intendit de qua concupiſcentia carnis loqueretur, cum dixit, *non nullum eſſe vitium, ſeu peccatum, quando caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*, inquit ad tertium: *concupiſcentia carnis contra ſpiritum, quando ei ratio actualiter reſiſtit, non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis*, quod definiuit poſtea Conc. Trid. ſeſſ. 5. Can. 5. indè deducitur S. Tho. voluiſſe S. Aug. locutum fuiſſe de illa concupiſcentia, cui ratio non reſiſtit, quando dixit eam eſſe non poſſe ſine peccato. Videndi ſunt Caiet. locis citatis, Siluius p. 2. q. 74. art. 3. §. *Ad locum ex l. 2. ſent.* & 3. p. quæſt. 41. ar. 1. §. *Circa eandem reſp.* Suarez in Com. illius ar. 3. p. Tomo 2. vbi affert hanc aliam authoritatem Cypriani ſerm. de Ieiunio, & Tentationibus Chriſti: *Honeſtius cum ſpiritu, quam*

cum

Digitized by Google

cum carne luctamur, quia carnis complexus fœdus exalans nebulas, eum, qui ſibi adhæſerit, aliqua ex parte contaminat, nec libidinum morſus quiſquam euaſit illæſus: & Bergom. in Concord. dub. 445. cui reſpondet dub. 375. nec audiendus eſt Medina p. 2. loco cit. cum dicit S. Thomam mutaſſe ſententiam, quam prius habuerat locis adductis, de Concupiſcentia carnis, quam dixerat in nullo caſu eſſe poſſe ſine peccato; hoc enim falſum eſt, vt diximus, nec eſt veriſimile S. Thomam eam mutaſſe ſententiam in p. 2. quam, ne dum in 4. ſent. ſed etiam in 3. p. tradidit; A prima enim ſecundæ partis editione non longo interuallo tertiam partem meditatum fuiſſe, pro comperto habere poſſumus.

IN

IN SECVNDA

SECVNDÆ

Partis

Summæ Theologiæ.

IN Prologo: *putà cum non conſideratur de hac virtute, vel hoc vitio*, lege: *puta cum conſideratur*.

Quæſt. 1. art. 2. in 3. arg. *ergo etiam fides vita*, lege: *fides via*.

Art. 3. c. *niſi immediatè ratione formali obiecti*, alibi: *niſi mediante ratione formali*.

Art. 5. in arg. ſ. c. *ſed ea quæ ſunt ſicut ſcita*, alibi non legitur ly: *ſicut*.

Art. 6. in 3. arg. *ſicut à quibuſdam dicitur, Articulus eſt indiuiſibilis veritas de Deo &c.* in 3. diſt. 25. q. 1 ar. 1. in princ. hæc diffinitio à S. Thom. dicitur eſſe Ricardi de S. Victore.

Art. 9, ad quintum, quod dicit de Leone Papa, replicat in 3. d. 25. q. 1. ar. 3. ad quintum.

Art. 10. ad primum: *explicatio fidei contra inſurgentes*, adde: *errores*.

Quæſt. 2. ar. 2. c. *& ſic ponitur actus fidei credere Deo*, lege: *credere Deum*: & poſt pauca, *& ſic ponitur actus fidei credere Deum*, lege: *credere Deo*, ita legit Codex Tarraconenſis teſte Magiſtro Franciſco Garzia in emendatione

Digitized by Google

datione errorum in Libris S. Thomæ, & ſeries doctrinæ ibi traditæ legendum indicat euidenter; vnde Thomiſtæ, qui hunc articulum commentario illuſtrarunt, ſecundum prædictam correctionem S. Thomæ verba adducunt.

Art.3.c. *Vnum quidem, quod eſt ſecundum motum*, lege: *ſecundum proprium motum*.

Art. 10. in primo arg. authoritas Gregoriana eſt ſumpta ex Hom. 26. non ſecundum verba, ſed ſecundum ſenſum in arg. ſ. c. *omni poſ enti vos*, lege: *nos*. Item: *de ea quæ in vobis eſt fide*, lege: *in nobis*.

Quæſt. 3. ar. 2. ad tertium: *contempta perturbatione fidelium*, alibi: *infidelium*.

Quæſt. 4. art. 1. c. *quod pertinet ad rationem rei ſeparatæ*, lege: *rei ſperatæ*, poſt pauca: *principia indemonſtrabilia ſunt ſubiectum ſcientiæ*, alibi: *ſunt ſubſtantia ſcientiæ*.

Art.4. ad quartum: *per hoc quod fides formata fit informis*, alibi: *fit informis*.

Art. 7. c. *in voluntate per ſpeciem, & charitatem*, corrigenda eſt hæc lectio ſic: *per ſpem, & charitatem*.

Quæſt. 5. ar. 3. ad ſecundum fin. *totaliter fine caret*, lege: *fide caret*.

Quæſt. 8. ar. 1. c. *à ſenſu incipiat quaſi ab exteriori*, alibi; *incipiat niſi ab exteriori*, alibi: *non incipiat niſi ab exteriori*, poſt pauca: *vnde vſque ad terminatum aliquid*, lege: *determinatum aliquid*.

Quæſt. 10. ar. 8. in primo arg. *Ergo videtur quod paratione*, lege: *pari ratione*, ad tertium: *in Paulo prius cognoſcentem Chriſtum*, alibi; *prius cogentem Chriſtum*.

Art. 9. deeſt reſponſio ad primum, quam ſupplet Siluius in Com.

Quæſt. 11. ar. 2. in 2. arg. *ex verbis inordinatè prolatis fit hæreſis*: Vide quæ notauimus ſupra p. p q. 31. ar. 2. Ad tertium: *non niſi ad Petrum id eſt ad ſui nominis authoritatem referri debere*, hæc ſententia deſumitur ex 24. q. 1. cap. *quoties*, vbi poſt illud: *ad ſui nominis*

 nis

Digitized by Google

nis, ſequitur: *& honoris authorem referre debere*.

Art. 3. in fin. c. *non ſtatim oppreſſus eſt*, conſentit vetuſtus Decreti Codex 24. quæſt. 3. c. *Reſecanda*, ſed Codex Gregorianus habet: *non ſtatim oppreſſa eſt*.

Art. 4. in arg. ſ. c. *decidiſſe*, lege: *recidiſſe*, ita in Decretali cit. lib. 5. cap. *Ad abolendam*.

Quæſt. 12. ar. 1. in primo arg. *Dicit enim Ambroſius*, hæc ſententia exiſtimatur Auguſtini, & habetur cap. *Imperatores* § *Iulianus*: mutatis tamen verbis: *& habetur* 11. *q*. 4. corrige: *q*. 3 ad tertium: *Apoſtaſia autem recipit infidelitatem vt terminum*, alibi: *reſpicit infidelitatem*.

Quæſt. 13. art. 1. c. *quod ei conuenit, vel aſſerit*: alicubi deeſt ly, *vel*: omninò tamen apponendum.

Art. 4 ad 3. fin. *ſecundum hoc poterit ineſſe blaſphemia*, lege: *poterit ei ineſſe*.

Quæſt. 14. art. 1. c. *ſed admonuit eos ne totaliter loquentes*, corrige: *ne taliter loquentes*.

Art. 3. c. ex Exod. 32. *tria millia hominum*, corrige: *viginti tria millia*.

Quæſt. 16. ar. 5. ad ſecundum: *& ideo per ſecundum proprium obiectum*, lege: *& ideò per ſe, & ſecundum proprium obiectum*.

Quæſt. 18. art. 1. c. *illi modus, qui ſunt in appetitu inferiori*, lege: *illi motus*: ad primum: *eſt ordinum ſenſibile*, lege: *arduum ſenſibile*.

Art. 3. ad ſecundum ibi: *& ideo magis poteſt eſſe fides informis in damnatis*: Nota quod S. Tho. pro fide informi non accipit virtutem Theologicam infuſam, eo modo, quo de fide informi locutus eſt ſupra q. 5. ar. 2. ad ſecundum, ſed fidem coactam, ſignorum euidentia, & multis experientijs acquiſitam. Ita Siluius hic §. *pro reſponſione ad ſecundum*.

Quæſt. 19 ar. 11. ad tertium, *ſcilicet fruitionem*, corrige: *futuritionem*.

Quæſt. 23. ar. 4. in primo arg. authoritas, quæ dicitur ex Hieron. deſumpta, æquiualet his, quæ dicit Auguſt. Epiſtola

Epiſtola 29. Tom. 2. quæ eſt ad Hieron. circa medium, habetur etiam Tomo 9. operum S. Hieron. Epiſtola 44. forte S. Thom. ſcripſit, *dixit enim Aug. ad Hieron.* vel cum Epiſtolam hanc Hieronymi ad Auguſtinum inter Epiſtolas Auguſt. ſcriptam legeret; ad inſcriptionem eius non aduertens, Epiſtolã Hieron. Auguſt. aſcripſit.

Art. 6. ad tertium: *quod enim vnum eſt, non habet rationem ardui*: alibi: *quod enim iam vnitum eſt*.

Art. 8. ad ſecundum: *in quantum ex ſua ſuſtentantur*, lege: *in quantum ex ea*.

Quæſt. 24. ar. 7. c. *vel ad nigredinem percutiens*, lege: *perueniens*.

Art. 11. in 2. arg. *charitas, quæ deſicere poteſt, nunquam vera fuit*: hæc ſententia attribuitur Auguſtino in Epiſtola ad Iulianum Comitem, & refertur de Pœnit. diſt. 2. c. *Charitas, quæ*, ſub his verbis: *Charitas, quæ deſeri poteſt, nunquam vera fuit*: verum vt aduertit Codex Gregorianus, melius attribueretur Hieronymo, qui in Epiſtola ad Rufinum ſcripſit: *Amicitia, quæ deſerere poteſt, vera nunquam fuit*.

Quæſt. 26. ar. 4. ad tertium: *ſicut etiam ipſi patri*, corrige: *ipſi parti*.

Art. 9. in arg. ſ. c. authoritas Ambr. in 3. ſent. d. 29. dicitur ſumpta dum ſcriberet ſuper illud Cant. *ordinauit in me charitatem*.

Quæſt. 30. ar. 1. c. *quæ vtique poſſumus ſubuenire*, lege: *quæ vtique ſi poſſemus ſubuenire*.

Art. 2. in 2. arg. *qui ex toto petierunt*, lege: *perierunt*.

Quæſt. 32. ar. 2. c. *Tum etiam quantum ad effectum, quem viuentes*, lege: *quantum ad affectum*.

Art. 5. c. *Paſce fame morientem*: Vide infra q. 168. ar. 3. ad tertium.

Art. 7. in 3. argumento idem aduertis ad primum: *quia non ſunt iſtæ diuitiæ ſecundum Aug. niſi iniquis, qui in eis ſpem conſtituunt*, alibi: *quia non ſunt diuitiæ iniquæ niſi in iniquis, qui in eis ſpem conſtituunt*, prior

lectio conformior eſt Textui Auguſt. q.q. Euang. lib. 2. cap. 34. fin.

Art. 9. in 2. arg. *qui ſunt, qui ab eis recipient, niſi*, lege: *qui ab eis recipiendi, ſeu accipiendi ſunt in tabernacula æterna, niſi qui eorum indigentiæ ſeruiunt.*

Art. 10. ad tertium in authoritate ex 2. Cor. 8. *nobis autem ſit tribulatio*, corrige: *vobis autem.*

Quæſt. 33. ar. 3. in arg. ſ. c. *aut ſi corrigibiles appareant*, lege: *incorrigibiles.*

Art. 5. c. *& ſecundum hoc poteſt ſibi competere à ſubditis delictum arguere*, alibi: *competere alterius delictum.*

Art. 7. ad quintum S. Tho. loquitur extra caſum, quo in religioſo aliquo ordine ſit conſuetudo, vel conſtitutio de conſentiendo, vt defectus denuncientur Prælato, omni prætermiſſa monitione, vt benè Siluius ibi in fin. §. *ad ſecundum.*

In 3. arg. Decretalis adducta eſt in Tit. *de Accuſat.* cap. *licet in B. Petro*, & cap. *ſuper his.*

Quæſt. 35. art. 3. ad tertium: *quia ſic ei triſtitia redderentur*, lege: *triſtia.*

Quæſt. 36. ar. 3. ad primum: *Vndè talis inuidia eſt peccatum mortale*, corrige: *vnde talis inuidia non eſt peccatum mortale.*

Quæſt. 39. ar. 1. ad tertium & ar. 2. in arg. ſ. c. Authoritas Herony. non eſt in eius Commentario Epiſtolæ ad Galatas, prout ibi inſinuatur, ſed eſt ex Commentario Epiſt. ad Titum cap. 3. & habetur etiã cap. *inter hæreſim* 24. q. 26. Verùm à S. Herony. illa authoritate in dicto Commentario ad Titum exponitur Textus cap. 5. ad Galatas, vbi Apoſtolus enumerat opera carnis; ideò puto S. Tho. dixiſſe eam S. Herony. pronunciaſſe in Epiſtola ad Galatas cap. 5. hoc eſt in expoſitione Epiſtolæ ad Titum cap. 3. vbi exponebat verba Apoſtoli, quæ ſcripſerat ad Galatas cap. 5. Vnde verè authoritas illa eſt expoſitio cap. 5. ad Galatas inſerta tamen in expoſitione cap. 3. ad Titum.

Quæſt. 40. ar. 1. c. *Vnde Auguſt. in lib. de Verbis Domini.*

Apud

Apud veros Dei cultores etiam illa bella peccata non ſunt, corrige: *ex 23. q. 1. c. Apud etiam illa bella peccata ſunt*, ibidem hæc ſententia dicitur deſumpta ex Auguſtino de diuerſis Eccleſiæ obſeruationibus. Ad ſecundum *nihil eſt infelicius infelicitate peccantium*, alibi: *felicitate*, alibi: *facilitate peccantium*.

Quæſt. 41. art. 2. ad tertium: *communem effectum*, alibi: *communem affectum*.

Quæſt. 43. art. 1. in 5. arg. *quando oſtenditur, aut infirmatur*, corrige: *quando offenditur*.

Art. 4. in 3. arg. *in Chriſto peccatis*, lege: *in Chriſtum peccatis*.

Art. 6. in cor. *ſed etiam alijs eſſenſionem putarent*; alibi & melius: *offenſionem pararent*.

Art. 7. ad quartum: *vndè etiam conſilia non ſunt ſimpliciter permittenda*, lege: *prætermittenda*.

Quæſt. 44. art. 5. c. *nam ſicut cor corporale*: alicubi deeſt ly: *cor*, omninò apponendum.

Art. 7. c. *alios, qui ſunt nobis proximi*, alibi: *quia ſunt nobis proximi*.

Quæſt. 45. ar. 3. ad primum: *per quandam ſpiritus vnionem ad ipſum*, alibi, teſte Siluio in Com. legitur: *per quandam ſpiritualem vnionem*, communiter creditur in priori lectione ly: *ſpiritus*, delendum eſſe.

Quæſt. 47. ar. 11. ad tertium: *ſicut ſequeſtris, & militaris*, corrige: *ſicut equeſtris*.

Art. 13. in 3. argumento: *vt dicitur in 6.* adde: *Et hic.*

Art. 15. ad primum, *quod eſt gratia, ideſt finis*, lege: *quod eſt eius gratia*.

Quæſt. 53. ar. 1. ad tertium: *ſed tollitur habitus contrarius*, alibi: *ſed tollitur actus contrarius*.

Quæſt. 55. art. 3. in arg. ſ. c. *abdicamus multa dedecoris*, lege: *occulta dedecoris*.

Art. 6. c. *quod Dominus dupliciter excludit*, lege: *tripliciter*.

Quæſt. 57. in Prologo: *Circa iuſtitiam verò &c. Tertio de Iuſtitia*, lege: *Tertio de Iniuſtitia*.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. 58. ar. 2. in 4. arg. *ſicut rationes, quæ ſunt*, alibi: *ſicut operationes*.

Art. 7. in arg ſ. c. *Iuſtitiam verò dicit ad vniuerſalem virtutem*, lege: *vel vniuerſalem virtutem*.

Quæſt. 59. ar. 2. c. *poteſt enim iuſtificatio procedere quandoque quidem*, lege: *iniuſtificatio*, & poſt pauca: *quando ſcilicet ipſa iuſtificatio per ſe placet*, lege: *iniuſtificatio*.

Quæſt. 60. ar. 4. in 2. arg. *ille piè, & iuſtè viuit, qui rerum integer eſt æſtimator in neutram partem declinando*, hæc ſententia eſt Auguſt. lib. primo de Doctr. Chriſt. c. 27. In aliquibus Aug. Codicibus non leguntur illa verba, *in neutram partem declinando*.

Quæſt. 61. ar. 3. *ſi verò nec ipſe vſus gratis concedatur, vocaductio*, lege: *vocatur locatio, & conductio*.

Quæſt. 62. ar. 2. in arg. ſ. c. *pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur &c. ſi, vt dixi, reſtitui poteſt*, ita & in Decreti Codice vet. 14. q. 1. cap. *ſi res aliena*. Verum Gregorianus Cod. legit: *non agitur pœnitentia, ſed fingitur &c. ſed vt dixi, cum reſtitui poteſt*, ad quartum: *quia alia non dum fuerat adeptus*, lege: *quia ille non dum alia fuerat adeptus*.

Art. 6. ad tertium in fin.: *quod tamen poteſt condonare*, alibi: *quandoque tamen poteſt condonare*.

Art. 7. ad ſecundum: *alijs eidem reſtituere non tenetur*, lege. *alius eidem*.

Quæſt. 64. ar. 3. ad primum: *adminiculum gladijs vtenti*, alibi: *adminiculum gladius eſt vtenti*.

Art. 2. in primo arg. *viginti tria millia hominum*. Vide quæ diximus ſupra q. 14. ar. 3. & conſule Siluium in Com. huius q. 64 ar. 3.

Quæſt. 66. ar. 6. c. in fin. *ſi paſſim homines ſibi inuicem furarentur, pariter humana ſocietas*, lege: *periret humana ſocietas*.

Quæſt. 67. ar. 1. in arg. ſ c. *falcem iudicij mittere non poteſt in eam rem*, corrige: *in eam ſegetem*, ita legitur 6. q. 3. c. *ſcriptum eſt*, hæc Gregorij ſententia. In cor. fin.

niſi

Digitized by Google

niſi aliquo modo ſubditus eius, lege : *niſi ſit aliquo modo*.

Art. 3. in arg. ſ. c. *cum fuiſſet fur*, corrige : *cum fur eſſet*, ita 23. q. 4. cap. *ſi quis poteſtatem*, legit Cod. Gregorianus.

Quæſt. 70. ar. 2. in 3. arg. *Diaconus Cardinalis Vrbis Romæ, niſi in viginti octo Teſtibus*, lege : *in viginti ſeptem*, ita 2. q. 5. cap. *Præſul.* quæ quæſtio in ordine eſt quarta, ſed in Cod. Gregor. numerus quintus quarto præponitur.

Art. 3. in arg. ſ. c. *Gregor. dicit, & habetur 2. q. 4. qui à ſeruis ſuis accuſatus eſt Epiſcopus, ſciendum eſt quod minimè audiri debuerunt* : hanc ſententiam, nec in Decreto, nec in Gregorij Epiſtolis inuenire potui; de teſtibus accuſantibus Epiſcopum, ſi hoc ſolemniter actum non eſſet, S. Gregorius lib. 2. Epiſt. 54. decernit, nec cauſam probatam eſſe : Felix ſecund. Epiſt. prima c. 14. & habetur 3. q. 5. c. *nullus ſeruus*, decreuit ſeruum non eſſe permittendum Epiſcopum accuſare.

Quæſt. 73. ar. 4. in 2. arg. *ſed quandoque aliquis detrahit verbo veritatis dicendo*, legendum videtur, *detrahit verbo, veritatem dicendo*, hoc enim eſt quod ſupra dixiſſe pronunciat, ſcilicet, art. 1. huius quæſtionis.

Quæſt. 76. ar. 1. ad quintum : *ad quintum dicendum quod effectus peccantis*, lege : *affectus*.

Quæſt. 77. ar. 1. ad ſecundum : *Auguſtinus dicit quod minus ille*, lege : *mimus ille*, ad tertium : *in amicitia vtilis*, lege : *vtile*.

Art 3. in 2. arg. *in illa Decretali cum tu ſicut aſſeruit aſſeris*, ly : *ſicut aſſeris*, delendum puto; nam in Decretali, quæ extat lib. 5. tit. 19. non legitur.

Art. 4. c. *commutationibus rerum inſiuere*, lege : *inſiſtere*, ad ſecundum : *vel etiam fieri faciendo*, alibi : *ferri faciendo*.

Quæſt. 81. ar. 3. c. *ſi ergo Pater tuus*, dele : *tuus*.

Art. 8 in 2. argumento : *videtur quod ſanctitas ſit idem*

re-

Digitized by Google

religioni, lege: *videtur quod ſanctitas non ſit idem religioni.*

Quæſt. 82. ar. 1. c. *Deo deuouet*, lege: *Deo deuouent.*

Quæſt. 83. quæritur 15. quod 16. & è contra quærendum in principio quæſtionis S. Thomas diſpoſuerat.

Art. 15. c. *duplicem habet virtutem rerum futuri effectus*, lege: *duplicem habet virtutem reſpectu futuri effectus.*

Art. 16. c. *vt ſcilicet pro ſe petat*, alibi: *per ſe petat*, prior lectio melior.

Art 17. in 2. arg. *oratio ſecundum Damaſcenum eſt petitio dicentium à Deo*, lege: *petitio decentium à Deo.*

Quæſt. 86 ar. 1. c. *oblationem ſacrificij Deo, ſimul erit eius oblatio*, alibi: *ſimilis erit &c.* ſed vere legere oportet: *ſimilis erit eius oblatio.*

Art. 3. c. *vt & ibi diſpliceret*, alibi: *vt & tibi diſpliceret*: ad tertium: *ratione eius, ad quod offerebatur*, alibi: *ratione eius quod offerebatur.* Item ibidem: *& quod ſupponitur contempibile eſt*, alibi: *quod ſuperponitur &c.*

Quæſt. 88. ar. 8. c. *ſecundo gradū poſt Sacri Ordinis ſuſceptionem*, alibi: *per Sacri Ordinis ſuſceptionem.*

Art. 10. ad tertium: *quod ad vouendum eſt malum, vel inutile*, alibi: *quod ad vitandum malum eſt inutile.*

Art. 11 in 2. arg ſ. c *nec Summus Pontifex poſſit indulgere*, in Decretali cap. *Cum ad Monaſterium*, lib. 3. tit. 35. ſic legitur: *Nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere.*

Art. 12. in arg. ſ. c. *ſed diſpenſandum in præcepto legis*, corrige: *ſed ad diſpenſandum.*

Quæſt. 89. ar. 7. *adhiberi non debet inter, de qua*, lege: *in re de qua.*

Art. 9. ad primum: *quod eſt diſpenſabile*, lege: *quod eſt indiſpenſabile*, ſeu: *quod non eſt diſpenſabile.* Ad ſecundum: *promiſſum ſoluere Sacramentum*, ita vet. Cod. 2 . q. 4. c *eſt etiam*, Gregorianus verò legit: *promiſſum ſoluere, Sacramentum cuſtodire.* Item ibidem: *nec enim Ioannis præſtauit*, ita vet. Cod. Gregor. verò legit: *præſtitit.* Quæſt.

Quæſt. 90. ar. 1. nota quod reſponſione ad primum reſpondetur etiam ad ſecundum. Vnde reſponſio ad ſecundum pertinet ad tertium, & reſponſio ad tertium pertinet ad quartum.

Quæſt. 91. ar. 2. in 2. arg. *Nec in tragediarum modum*. Ita Vet. Cod. diſt. 92. c. *Cantantes*, ſed Gregor. legit; *nec in Tragedorum modum*.

Quæſt. 94. ar. 4. in arg. ſ. c. *Sap.* 14. *ſuperuacuitas hominum hæc (ſcilicet ydola) adinuenit*, corrige: *aduenit*.

Quæſt. 95. art. 1. c. fin. *& aſtutia quadam fraudolentiæ*: ita Vet. Cod. 26. q. 4. cap. *Igitur*; ſed Gregor. legit: *& aſtuta quadam fraudolentia*.

Art. 2. ad tertium in fin. *prophetæ ſpiritum habentes*, lege: *prophetiæ ſpiritum*.

Art. 3. c. *aliquo Dæmonis conſilio, vel auxilio*, alibi: *vel petitione*.

Ar. 7. in fin. c. *pro homine*, corrige: *pro omine*, quod etiam obſeruare oportet in 3. argumento, & in reſponſione ad tertium.

Art. 8. in arg. ſ. c. *Sortes, quibus cuncta vos veſtris diſcriminatis prouincijs, quas Patres damnarunt*: ita Vet. Cod. 26. q. 5. c. *Sortes*: Sed Gregor. legit: *Sortes, quibus cuncta vos veſtris diſcriminatis iudicijs (quod Patres damnauerunt)* in cor. *interrogauit ydola, & extra conſuluit*, lege: *& exta conſuluit*. Ad tertium: *conceſſa ſunt noſtro regimini*: 2. q. 5. cap. *Conſuluiſti*, legitur: *commiſſa ſunt &c.*

Quæſt. 96. ar. 1. in 3. arg. *à Dæmonibus inquirere de furtis*, lege: *de futuris*. Ad tertium: *quæ etiam in propoſito non habet locum*. Suarez de Relig. Tom. 1. Tract. 2. lib. 2. cap. 15. num. 5. putat delendum ly: *non*, & legendum: *quæ etiam in propoſito habet locum*, Siluius in Com. inquit: *In reſponſione ad tertium verba extrema hunc habent ſenſum, quæ (Societas cum Dæmonibus) etiam in propoſito, quando veritates ſcientiarum queruntur per artem notoriam opera Dæmonum, habet locum*.

Digitized by Google

Art. 3. ad primum: *conſideret ex ſua cauſa, non erit licitum*, lege: *non erit illicitum*.

Quæſt. 97. ar. 4. in primo arg. *Viginti tria millia hominum.* Vide ſupra q. 14. ar. 3. c.

Quæſt. 99. ar. 1. in primo argumento: *qui de Principis iudicio diſputant, dubitantes an is diſgnus ſit honore.* 17. q. 4. c. *ſi quis ſuadente*, Gratiani Textus habet: *ſi quis de principali iudicio &c. is dignus ſit*, omiſſo ly: *honore*.

Quæſt. 100. ar. 1. in arg. ſ. c. *quod Gregorius dicit in regiſtro*: ita & in Cod. Vet. 1. q. 1. c. *Præſbyter*, in Gregoriano illa ſententia attribuitur S. Gregorio VII. lib. 6. Regiſt. in S. Gregorij primi libris vero inuenta non fuit.

Art. 2. in arg. ſ. c. *qui pro pecunia*, 1. q. 1. c. 109. legitur: *qui per pecuniam*.

Art. 5. in arg. ſ. c. *lingua, vel obſequij*, lege ex 1. q. 3. cap. *Saluator, vel indebiti obſequij*.

Quæſt. 101. ar. 1. ad primum: *in maiori includitur minus*, in aliquibus Codicibus deeſt ly: *minus*.

Quæſt. 103. art. 1. cap. *niſi per aliqua ſigna exteriora, vel verborum puta cum aliquis ore pronunciat excellentiam alicuius, vel factis, ſicut inclinationibus, obiurationibus, & alijs huiuſmodi, vel etiam exterioribus rebus, puta in munerum oblatione*, alibi: *niſi per aliqua ſigna exteriora, vel verbis, puta &c.* alibi: *niſi per aliqua ſigna exteriora verborum*, alibi: *vel etiam exterioribus rebus, puta enceniorum, vel munerum oblatione*.

Quæſt. 104. ar. 2. ad ſecundum: *Vndè ſecundum hoc obedientia non erit medium duarum malitiarum*: delendum videtur ly: *non*. Nam ſupra q. 50. ar. 10. ad quem locum ſe S. Doctor reportat, cum dicit, *ſicut ſupra de Iuſtitia dictum eſt*, Iuſtitiam habere medium docuerat.

Quæſt. 106. art. 1. in arg. ſ. c. *gratiam ætatum facili ſpecialem*, alibi: *gratiam ſpecialem*, & hoc eſt communius,

Digitized by Google

nius, omiſſo *ætatum faciei*.

Quæſt. 108. ar. 1. ad quartum : *& Silueſter Papa*, ita Decreti Ver. Cod. 23. q. 4. c. *Guiliſarius*, ſed Gregor. Cod. & benè, legit : *Siluerius Papa*.

Quæſt. 109. ar. 4. c. *vno modo affirmando*, alibi : *non affirmando*.

Quæſt. 110. ar. 4. in 4. arg. *præmiſſa culpa mendacij, in æternam eſt retributionem declinata*, alibi, & melius: *in terrenam eſt in retributionem declinata*.

Quæſt. 111. art. 4. in primo arg. *cuius maior eſt iniquitas peccatorum ſodomorum*, alibi : *peccatis ſodomorum*.

Quæſt. 115. ar. 1. c. *in communi conſceratione*, corrige vbi oportet : *in communi conuerſatione*.

Quæſt. 116. ar. 2. in princ. *videtur quod litigium non ſit minus peccatum*, hæc lectio corrigenda ſic eſt : *videtur quod litigium ſit minus peccatum*, ſeu : *videtur quod litigium non ſit maius peccatum*.

Quæſt 118. ar. 1. ad tertium: *propter naturæ defectũ à viduis exteriorum rerum*, lege : *auidius exteriorum rerum*.

Art. 4. ad ſecundum : *tenetur ex debito legali*, alibi : *tenetur ex debito morali*, Siluius 2.2. q. 32 ar. 6. quer. 3. §. *ad tertium*, conſultis pluribus exemplaribus, tuetur priorem lectionem.

Art. 7. ad primum : *non autem ad id genus*, lege : *non autem ad idem genus*.

Quæſt. 119. ar. 3. ad ſecundum: *quod autem liberalis, ſiuè auarus*, legendũ videtur: *quod autem illiberalis, ſiuè auarus*:

Quæſt. 120. ar. 1. ad primum : *quæ ſequitur veritatem legis*, alibi : *quæ ſequitur verba legis*.

Quæſt. 122. ar. 1. ad primum : *ſed erant prætermittenda præcepta*, lege : *præmittenda præcepta*.

Art. 4. in primo arg. adducitur hæc S. Ambroſij ſententia : *lex in Sabbatho non iubet hominem curare, ſed ſimilia opera facere, ideſt peccatis grauari prohibet*, hæc verba formalia dicuntur eſſe S. Ambroſij in gloſ. ſuper cap. 13. lucæ, vt patet in 3. diſt. 37. q. 1. ar. 5. q. 2. in 2. arg. quam gloſ. ſecutus eſt S, Thomas ; Verùm

Suarez de Relig. Tom. 1. Tract. 2. lib. 2. cap. 18. nu. primo dicit in Ambroſio illa verba formaliter non inueniri, ſed hæc, quæ ſequuntur: *ſicut Deus quieuit ab operibus mundi, non ab operibus ſanctis &c. Hoc autem non intelligens Archiſinagogus, probibebat quemquam curari Sabbatho; cum Sabbathum futurarum typus ſit feriarum; & ideò non operis boni, ſed mali feriæ ſunt, eoque proſcriptum ſit, vt nullam ferentes ſarcinam delictorum, nec bonorum ieiuni operum, Sabbatha futura poſt mortem celebremus.*

Art. 5. in 4. arg. *inconuenienter ergo creditur huic præcepto,* lege: *inconuenienter ergo additur huic præcepto.*

Quæſt. 123. ar. 10. in 2. arg. *ſed non per ſe ipſam ſufficit,* lege: *ſed ratio per ſeipſam ſufficit,*

Quæſt. 128. ar. 1. in 6. arg. *andragachia*, alibi: *andragathia*, lege: *andragathenia*, hoc enim apud Græcos ſignificat ſtrenuitatem, quod intendit S. Tho. in reſponſione ad ſextum.

Quæſt. 129. ar. 4. ad ſecundum: *quod pro eis à iuſtitia, vel quacunque virtute accedat, & declinet*, lege: *recedat, & declinet.*

Quæſt. 132. ar. 1. c. *appetitus gloriæ de ſe non nominat aliquod vitioſum*, alibi: *de ſe nominat aliquod vitioſum*, prior lectio retinenda.

Quæſt. 134. ar. 2. ad ſecundum: *non principaliter dirigunt*, lege: *non tamen principaliter.*

Quæſt. 136. ar. 1. ad primum: *fruitione bonorum, in quo peruenire volebamus*, alibi: *quo peruenire*, alibi: *in qua peruenire.*

Quæſt. 147. art. 1. ad ſecundum: *qui vel ciborum nimia ageſtate, vel manducandi, vel ſomni penuria*: ita, & Vet. Cod. de Conſec. diſt. 5. c. *non mediocriter*, ſed in Gregor. deeſt ly: *vel manducandi.*

Art. 3. c. *ita etiam ad Prælatos Eccleſiæ pertinent ea ſtatutis præcipere*, videtur legendum: *ea ſtatutis temporibus præcipere.*

Art. 5. c. *& eos qui ordinantur*, lege: *& eos qui ordinant,*

ibidem:

Digitized by Google

ibidem : *per trecentos ſexaginta dies annus dicitur* lege: *annus ducitur*.

Art 6. ad ſecundum : *non autem intendit Eccleſia interdicere abſtinentiam potus*, alibi : *interdicere ſumptionem potus*.

Art. 7. in arg. ſ. c. *Concilium Calcedonenſe*, corrige : *Cabilonenſe*, ex diſt. 1. de Conſec. c. *ſolent*.

Quæſt. 148. ar. 1. ad ſecundum : *ſed in concupiſcentia non regulata ratione*, videtur legendum : *non regulata à ratione*.

Art. 3. ad ſecundum : *propter peccata luxuriæ precedentia ex gula occaſionata*, alibi : *præcedente ex gula*.

Quæſt. 150. ar. 3. in primo arg. *quæ omnium vitiorum radix, & nutrix eſt*, in Dec. diſt. 35. c. *Ante omnia*, legitur : *fomes, & nutrix eſt*.

Quæſt. 153. ar. 2. in 2. arg. illa verba, quæ dicuntur eſſe Hieronymi, etiam à Gratiano 32. q. 2. c. *Connubia*, ex quo S. Tho. illa mutuatus eſt, ſunt Origen. Homel. 6. in numer.

Quæſt. 154. ar. 2. c. *non enim debet dici venialis, ſed venialis, quod eſt proprium meretricum*, corrige : *ſed venalis, quod eſt proprium*.

Art. 4. c. *& ſic ſolum dicuntur libidinosè*, lege : *libidinoſa*.

Art. 5. in 3. arg. *& aperit aureos virorum*, lege : *aures virorum*, in cor. *vna quidem corporalis. Cum dat in corpore*, lege : *cum enim humor ſeminalis ſuperabundat in corpore*, ibidem : *vndè in ſeno cantatur*, lege : *vndè in ſero cantatur*.

Art. 8. in 2. arg. *nihil intereſt ex qua cauſa quis inſaniat*, 32. q. 4. c. *Origo*, Vet. Cod. legit : *ex qua honeſta cauſa &c.* Gregor. verò : *quàm ex honeſta cauſa &c.* In c. *eſt acceſſus ad alienum totum*, lege : *thorum*.

Art. 9. in c. authoritas ex Valerio Maximo inducta ita legitur lib. 2. c. primo de Inſtitutis antiquis tit. de Sacello Deæ Viriplacæ : *aliquandiù nec Pater cum Filio pubere, nec Socer cum Genero lauabatur*.

Art.

Digitized by Google

Art. 11. ad ſecundum : *circa eandem naturam* , lege : *circa eandem materiam* .

Art. 19. c. *fieret alius ardor* , corrige vbi occurrit : *nimius ardor* .

Quæſt. 155. ar. 2. in primo arg. *in omni actu ſuo continentem* , adducuntur hæc verba ex Ambroſio in primo de Offic. de Codice , vt creditur , vitiato ; nam legendum eſſe exiſtimatur : *in omni actu ſuo concinentem* .

Quæſt. 156. ar. 2. in 3. arg. ex Dion. 4. cap. de diu. nom. adducuntur hæc verba : *Paulus per incontinentiam diuini amoris* , S. Tho. infra q. 175. ar. 2. ad ſecundum legit : *Paulus ex virtute diuini amoris extaſim faciente* , idem S. Doctor in Com. illius cap. lec. 10. legit : *Paulus magnus in continentia diuini factus amoris* , quod ibi ſic explicat : *magnus Paulus conſtitutus in diuino amore ſicut in quodam continente , & virtute diuini amoris faciente ipſum totaliter à ſe exire* , Ioachinus Petronius legit : *Paulus ille magnus iam diuino amore captus* , Ambroſius Camaldul. legit : *cum diuino amore flagraret* , omnes iſtas verſiones patitur Græca ſententia .

Art. 4 c. *quia motus concupiſcentiæ habet maiorem ordinationem quam motus iræ* , lege : *maiorem inordinationem* .

Quæſt. 158. ar. 5. in 2. arg. *Difficiles ſiuè graues dicit eſſe* , videtur legendum , *dicuntur eſſe* , vel : *Philoſophus dicit eſſe* .

Quæſt. 159. ar. 1. ad primum: *directius opponitur clementiæ, quam miſericordiæ* , alibi : *quam immiſericordiæ* , ſequitur : *crudelitas pro miſericordia* , corrige vbi occurrit : *pro immiſericordia* .

Quæſt. 161. ar. 2. ad tertium : *& in refrenando* , alibi : *ſed in refrenando* , ſequitur : *eſt & alia ratio* , alij cum Caiet. *eſt alia , & alia ratio* .

Art. 3. ad tertium : *ſine hoc , quod occaſionem habeat alicuius* , alibi : *occaſionem habeat aliter* .

Art. 5. ad tertium : *humilitati promittitur ſpiritualis exaltio* ,

lege :

Digitized by Google

lege : *ſpiritualis exaltatio*.

Art. 6. in fine c. *in reprimendo excellentiam oculorum*, lege : *extollentiam oculorum*, ad tertium : *& voluntatem propriæ obiectionis*, videtur legendum : *propriæ abiectionis*.

Quæſt. 163. ar. 3. in primo arg. *ſed primi parentes maximam habuerunt facultatem*, lege : *facilitatem*.

Quæſt. 164. art. 1. in 5. arg. *Ergo mors eſt pœna primi peccati*, lege : *ergo mors non eſt pœna* : In c. *vt de tanta eſt rebellio*, lege : *vndè tanta*.

Quæſt. 167. ar. 1. ad tertium : *ſed quia quidam Philoſophi abutuntur*, legendum videtur : *ſed quia quidam philoſophia abutuntur*.

Quæſt. 168. ar. 3. ad tertium : *Paſce fame morientem* : hæc ſententia S. Ambroſio attribuitur, verum in eius libris, quibus vtimur, non inuenitur, Gratianus diſt. 86. cap. 21. *Paſce*, cuius fidem ſecutus eſt S. Thomas, ſub Ambroſij nomine eam adducit : Cod. Gregor. refert quendam dixiſſe præfata verba inueniri in libro Ambroſij de alendis pauperibus, qui perijt.

Quæſt. 172. ar. 4. in 3. arg. *videntur eſſe lupi capaces*, lege : *lupi rapaces*.

Art. 6. *doctrina, quæ aliquando aliqua vera*, docti quidam legendum putant : *doctrina, quæ non aliquando aliqua vera*.

Quæſt. 173. ar. 2. c. *Vndè ab aliquibus vocatur extaſis prophetiæ*, alibi : *caſus prophetiæ*.

Quæſt. 174. ar. 6. c. *quod ſpecialiter dicitur propter Abraham, & Iſaac facta eſt reuelatio prophetica*, lege : *propter Abraham, & Iſaac*, ſub lege : *autem facta eſt reuelatio*.

Quæſt. 175. ar. 1. in principio Art. *videtur quod anima hominis rapiatur ad diuina*, lege : *quod anima hominis non rapiatur* : In cor. : *Huiuſmodi autem abſtractio ad quemcunque fiat*, lege : *ad quæcunque fiat*, ad tertium : *quantum ad ea, quæ excedunt*, lege. *quantum verò ad ea*.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. 176. ar. 1. *Chriſtus in propria perſona vna ſoligenti prædicaturus*, lege: *in propria perſona vni ſoli genti*.

Quæſt. 180. ar. 1. in arg. 5. *& ſolo deſiderio conditionis inhærere*, lege: *& ſolo deſiderio conditoris*.

Quæſt. 184. ar. 1. c. *& ideò ſecundum charitatem ſpecialiter attenditur perfectio chriſtianæ vitæ*, Caiet. in Com. legendum putat: *& ideò ſecundum charitatem ſubſtantialiter attenditur &c.* Siluius cum multis retinendam putat priorem lectionem.

Art. 3. in arg. ſ. c. *in his duobus præceptis pendet lex*, lege: *in his duobus præceptis uniuerſa pendet lex*.

Art. 7. in primo arg. *hæredibus ſuis derelinquat*, 12. q. 1. c. *Epiſcopi*, legitur: *hæredibus ſuis, ſi voluerit, derelinquat*.

Quæſt. 185. ar. 2. in arg. ſ. c. *nec blandiente deſidia deſpuatis*, lege: *reſpuatis*.

Art. 3. in 2. arg. *qui eſt dignitate præſtantior*, 1. q. 1. cap. *Viliſſimus*, legitur: *qui eſt honore præſtantior*: In arg. ſ. c. ex Decretali lib. primo tit. 6. c. *cum in cunctis*, ibi: *quod ſufficit eligere bonum, neque oportere eligere meliorem*, ſumitur ſenſus, non verba.

Art. 5. c. in fin. *ſi enim pernicioſum eſt nautam in tranquillitate*, 7. q. 1. cap. *Sciſcitaris*; legitur: *ſi enim pernicioſum eſt proretam &c.*

Art. 6. in arg. ſ. c. obſerua quod diximus ſupra q. 184. ar. 7. in prim. arg.

Art. 7. in 3. arg. *Sed Hieronymus dicit in Epiſt. ad Damaſum Papam* 1. q. 2. c. *Clericos*, & 16. q. 1. c. *quoniam*, in Cod. Greg. notatur illam ſententiam in Hieronymo inuentam non fuiſſe; Verùm ex S. Hieronymo eam ſe ſumpſiſſe dicit Gratianus, cuius fidem ſecutus eſt S. Thom. *Sacrilegium committunt, & incurrunt*, ly: *& incurrunt*, extat in Vet. Cod. ſed in Gregor. abeſt, S. Thomas hanc ſententiam in hac q. 185. & infra in q. 187. ar. 4. in primo arg. ſumpſit ex dicto c. *Clericos*, prout tunc legebatur in Cod. Decreti.

Quæſt. 186. ar. 2. ad tertium: *aut aliquid huiuſmodi faceret,*

Digitized by Google

ret, *quod pertinet ad eſſentialia Vota religionis*, lege: *quod non pertinet*.

Quæſt. 187. art. 1. in primo arg. *Monachus non doctoris*, 16. q. 1. c. *Monachus*, legitur: *non docentis*, ita, & ipſe S. Doctor infra q. 188. ar. 4. in primo arg.

Art. 4. in fin. *qui fuerunt prædictorum domini*, lege: *qui fuerunt prædiorum domini*.

Art. 6. in arg. ſ. c. *priſtinis enim temporibus*, 12. q. 4. c. *omnis iactantia*, legitur in Vet. Cod. *priſcis enim temporibus*: in Cod. Gregor. verò: *à priſcis enim vſque temporibus*.

Quæſt. 188. ar. 1. in 3. arg. *Vndè Hieronymus dicit ad Alexandrum Epiſcopum*, diſt. 93. c. *legimus*, vbi ſententia à S. Th. adducta habetur, in Cod. Vet. dicitur: *ad Euandrum, vel Eugenium Epiſcopum*, in Cod. Gregor. verò: *ad Euagrium Epiſcopum Epiſtola 85. Tomo 2.*

Quæſt. 189. art. 1. in 3. arg. *Sicut Gregorius ſcribit Anglorum Epiſcopo, & habetur in Decret. diſt.* 48. in Cod. Vet. legitur: *Sigario Epiſcopo*, ſed in Cod. Greg. *Sigario Epiſcopo, & alijs Epiſcopis*: In Regiſtro verò S. Gregorij lib. 7. Epiſtola 111. ex qua illa ſententia videtur accepta, legitur: *Sigario, Aetherio, Virgilio, & Deſiderio Epiſcopis Galliarum aparibus*, in fin. corp. *ſed etiam ijs, qui ſunt exercitati*, lege: *qui nonſunt exercitati*.

Art. 2. in primo arg. *Innocentij quarti*: Innocentius tertius de Regul. & tranſ. ad Relig. c. *Ad Apoſtolicam*, prohibitionem ibi expræſſam fecit, fortaſſe Innoc. quartus eam innouauit, in 2. arg. *Gregorius in Regiſtro dicit, & habetur in Decreto diſt.* 45. adde: *Cap. de Iudæis*, ibidem: *Iudæi non vi &c* Ita Gregorius in Regiſtro lib. primo Epiſt. 45. Virgilio Arelatenſi, & Theodoro Epiſcopo Maſſiliæ Galliarum; eadem ſententia, vt etiam dicit S. Thomas, habetur in Decret. diſt. 45. c. *de Iudæis*, & eſt ſumpta ex Conc. Toletano 4. c. 56. *ſtatutum eſt*.

Art. 3. in primo arg. *Conſaldus* 17. q. 2. in primo cap.

Digitized by Google

legitur: *Gonſaldus.* Ad tertium: *rationabiliter dici poteſt, quod etiam ingreſſum Religionis*, lege: *quod etiam per ingreſſum Religionis.*

Art. 7. in arg. ſ. c. *Vel regulari canonica*: ita Vet. God. 19. q. 2. c. *Duo ſunt*, ſed Gregor. Cod. legit: *Vel regulari canonia*, in hoc art. deeſt reſponſio ad tertium, quam ſupplet Siluius in Com.

Art. 9. in arg. ſ. c. *Cortina Cortinam trahat*, *Exod. 26.* hæc ſententia ſub his verbis in Sacra Scriptura non extat; veruntamen eam adduxerunt. *S. Bernardus in fine libri Scalæ Clauſtralium*, & *Innocentius Tertius in Decretal. tit. de Sacra Vnctione cap. vnico*, eiſdem prorſus verbis, ſub quibus eam hic S. Doct. adduxit. In cor. *in Decreto ibidem*, adde: 1. deindè: *q. 2. Cap. quam pro:*

IN TERTIA

Parte

Summæ Theologiæ.

QVÆSTIONE 2. ar. 1. circa primum argumentum aduertit Siluius in Com. verba obiecta non eſſe Cyrilli, ſed Euſtatij malè allegantis; Vndè patres Conc. Chalced. iſtis ex ore Euſtatij auditis, reclamauerunt. In 3.arg. authoritas, quæ allegatur ex Cyrillo, eſt in Synodo Epheſina in Cyrilli Defenſione poſt Anathematiſmum octauum. In reſponſione ad primum: *quia ex diuina, & humana vnione ſecundum ſubſtantiam facta,* addere oportet: *vnus Chriſtus factus eſt*, prout extat in 5. Synodo, Can. 8. vndè eam S. Thomas extraxit.

Art. 3. in fin. cor. *quaſdam verò velut Deo docibiles*, alibi: *velut Deo dignas*, ita legitur in Can. 4. Epheſinæ Synodi: vndè ſententia fuit à S. Thoma extracta, quæ ad verbum ſic extat ibi: *ſi quis in perſonis duabus, vel ſubſiſtentijs, eas voces, quæ in Apoſtolicis ſcriptis continentur, & Euangelicis, diuidit, vel quæ de Chriſto dicuntur à Sanctis, vel ab ipſo, & aliquas quidem ex his velut homini, qui præter Dei Verbum ſpecialiter intelligatur, apparuit; illas autem tanquam dignas Deo, ſoli Dei Patris Verbo deputauerit, anathema ſit.*

Digitized by Google

Quæſt. 3. ar. 1. ad tertium: *non ſolum quod ſit homo*, ſi ita alicubi legeris, corrige: *ſed ſolum quod ſit homo*.

Art. 6. ad tertium: *quod filius ſit ingenitus quam ſit Deus*, lege: *quamuis ſit Deus*.

Quæſt. 5. ar. 1. in fin cor. *& verum corpus*, vbi ſic legitur, corrige: *& non verum corpus*.

Quæſt. 6. art 6. c. *Gratia enim vnionis eſt ipſum eſſe perſonale, quod gratia diuinitus datur*, lege: *quod gratis diuinitus*, ibidem: *quod ex hoc ipſo, quod ille homo eſt vnigenitus à Patre, habet quod per vnionem*, lege: *quod habet per vnionem*.

Quæſt. 7. ar. 5. ad ſecundum: *ſed dat ſecundum quod homo*, vbi ſic ſcriptum inueneris, lege: *ſed dat ſecundum quod Deus, & accipit ſecundum quod homo*.

Art. 11. in primo arg. *dicitur enim Io: 3. non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum Filio*, alibi: *non enim ad menſuram dat Deus Spiritum Sanctum gratiæ Chriſto*, in vulgata legitur: *non enim ad menſuram dat Deus Spiritum*, ita hæc verba refert S. Tho. ad Anibal. in 3. diſt. 13. q. vn. ar. 3. in primo arg. in alio ſcripto in 3. diſt. eadem q. 1. ar. 2. q. 2. in primo arg. ſic ea ſcripſit: *non enim ad menſuram dat ei Spiritum Sanctum*, & de Verit. q. 29. ar. 3. in primo arg. ſcribebat: *quia Spiritus datus eſt Chriſto non ad menſuram, vt dicitur Io*: 3. putant aliqui in priori lectione, quæ eſt in 3. p. vel addita fuiſſe ly: *Filio*, & alibi *Sanctum gratiæ Chriſto*, ita vt ſententia legeretur, pro vt eſt in Vulgata Io: 3. vel in aliјs impræſſionibus poſterioris lectionis iſta deeſſe; multi inſuper ſic legere oportere dicunt: *non enim ad menſuram dat Deus Spiritum Filio, ſcilicet, Chriſto*, & illud: *Filio, ſcilicet, Chriſto*, S. Thomam addidiſſe ſcripturæ verbis ad maiorem explicationem, & vt interpratem.

Quæſt. 9. ar. 1. ad ſecundum: *non quia prima plenitudo*, corrige, vbi ſic legitur: *non quin prima plenitudo*.

Quæſt. 10. ar. 1. ad primum: *homo aſſumptus conformatur*, alibi: *homo aſſumptus connumeratur*.

Art.

Digitized by Google

Art. 3. ad primum: *alio modo dicitur infinitum ſecundum rationem materiæ*, alibi: *ſecundum potentiam materiæ*.

Quæſt. 14. ar. 1. c. *Vndè conueniens fuit quantum ad fidem incarnationis*, alibi: *quantum ad finem incarnationis*.

Art. 3. ad primum: *ſed Caro Chriſti ex Virgine aſſumpſit naturam abſque culpa*, alibi, & melius: *ſed Chriſtus naturam ex Virgine aſſumpſit abſque culpa*.

Quæſt. 15. ar. 2. c. *quæ eſt in rationali parte animæ*, alibi: *quæ eſt in irrationali parte animæ*.

Art. 8. c. *& aſſumpſit hunc defectum*, alibi: *& aſſumpſit hunc affectum*, alibi, ſed malè: *& aſſumpſit hunc effectum*.

Quæſt. 16. ar. 4. c. Authoritas Cyrilli eſt eadem adducta ſupra q. 2. ar. 3. c.

Quæſt. 17. ar. 1. ad ſecundum: *non aliud pro vnitate perſonæ*, alibi: *non alius pro vnitate perſonæ*.

Quæſt. 18. ar. 1. c. *& Ciprus Alexandrinus*, alibi: *& Cipus*, alibi: *& Tipus*, melius: *& Cyrus Alexandrinus*.

Art. 6. c. *ſicut ad rationem contradictionis*, alibi, & melius: *ſicut nec ad rationem contradictionis*.

Quæſt. 19. ar. 3. ad tertium: *ſecundum congruentiam humanorum meritorum*, alibi: *ſecundum congruentiam humanorum actuum*.

Quæſt. 22. ar. 2. reſponſio ad tertium non eſt S. Thomæ, ſed ſuppletur.

Art. 4. ad primum: *effectum Sacerdotij participauerit ſecundum quid*, melius alibi: *effectum Sacerdotij participauerit, ſed ſecundum quid*.

Quæſt. 24. ar. 3. ad tertium: *qui prædeſtinatus eſt*, videtur legendum iuxta Textum Origenis, cuius authoritas allegatur: *qui deſtinatus eſt* ibidem, *non eſt neceſſarium quod exemplari quantum ad omnia*, lege: *non eſt neceſſarium quod exemplatum exemplari*.

Quæſt. 25. ar. 1. c. *ſi quando contingat quod dicatur honorari*

Digitized by Google

ri manus, vel per alicuius, lege: *vel pes alicuius.*

Art. 3. ad tertium: *quadam Eccleſia tradiderunt in ſcriptis*, lege: *tradiderunt ſeruanda, quæ non reliquerunt in ſcriptis.*

Art. 6. ad tertium: *quod corpus mortui*, alibi: *quod corpus mortuum.*

Quæſt. 26. ar. 1. ad ſecundum: *vndè nunquam ipſe diſceſſit*, lege: *vndè nunquam ipſe deceſſit.*

Quæſt. 27. ar. 1. ad tertium: *niſi per Chriſti oſtium*, alibi: *niſi per Chriſti hoſtiam.*

Art. 2. ad ſecundum: *Hoc ſignificatur Iob. 3. expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ, ideſt B. Virginis quæ in ſuo ortu à peccato originali fuit immunis*, quidam legunt: *quæ in ſua Conceptione à peccato originali fuit immunis*, alij legunt, ſeu interpretationem ſuam cum Textu confundunt: *expectet, ſcilicet, culpa originalis, lucem, ſcilicet, Chriſtum, & non videat, ſcilicet, contaminatum, nec ortum ſurgentis auroræ, ſcilicet, Conceptionis B. Virginis, de qua dici poteſt in via peccatorum non ſtetit, & in in cathedra peſtilentiæ non ſedit.*

Art. 6. in princ. corp. *Auguſtinus in Epiſtola ad Dardanum*, adde vbi deeſt: *dubiè videtur loqui de horum*, poſtea ſequitur: *ſanctificatione in vtero.*

Quæſt. 28. ar. 3. ad tertium: *quia ſpecioſior*, alibi: *ſpiritualior*, alibi: *ſpatioſior*, prima lectio retinenda videtur: Ad quartum: *tandiù ſecundum legem primogenita non debentur*, alibi: *tandiù ſecundum legem Sacerdotibus peimogenita non debentur.*

Quæſt. 29. ar. 2. c. *Virginis Dei*, lege: *Virginis Matris Dei.*

Quæſt. 30. ar. 3. in fin. cor. *reuelationem accipiebat*, alibi: *relationem accipiebat*, & quod ſequitur: *egebat ante tantæ rei euentum*, alibi: *egebat tantæ rei euentus.*

Quæſt. 31. ar. 1. ad ſecundum in fin. *Virgo concepit, & peperit*, alibi: *peperit Deum.*

Art. 3. ad ſecundum *Vxore Ieſca*, alibi: *Eſca*, & poſt pauca

pauca: *Ioſeph natura quidem generis*, alibi: *natura quidem germinis*, ad tertium: *noſtrorum ablutio peccatorum*, alibi: *noſtrorum abolitio peccatorum*.

Art. 5. in fin. 2. arg. *ſed de carnibus, & oſſibus meis*, lege: *& oſſibus eius*.

Quæſt. 32. ar. 4. ad primum: *ne cum peccato originali conciperet*, alij legunt: *ne cum peccato originali conciperetur*.

Quæſt. 33. ar. 1. ad primum: *Verbum Auguſtini vtrobique non refertur ad ſolam formationem*, adde vbi deeſt: *Corporis Chriſti, ſed ad formationem*, deindè ſequitur: *cum determinato*.

Quæſt. 34. ar. 3. ad tertium: *quod prohibet idem eſſe*, lege: *quod nihil prohibet*.

Art. 4. in 2. arg. *ergo Chriſtus non*, adde, vbi deeſt: *fuit in ſtatu compræhenſoris in primo inſtanti*.

Quæſt. 35. ar. 4. in arg. ſ. c. *genuit enim carnaliter carnem factam ex Deo verbum*, melius iuxta Textum originalem Epiſtolæ Concilij Epheſini, ſeu Cyrilli ad Neſtorium num. 1. *peperit enim ſecundum carnem, carnem factum Dei Verbum*, ſeu: *genuit enim carnaliter carnem factum Dei Verbum*.

Art. 5. ad primum: *ipſum enim ſuſceptiuum æternum poteſt eſſe*, lege: *non poteſt eſſe*.

Art. 8. c. *quo mox natus cenſu Cæſaris*, alibi: *cenſus Cæſaris*.

Quæſt. 36. ar. 3. c. *Viris, & mulieribus*, alibi: *Viris, & mulieri, ſcilicet, vt per hoc oſtenderetur*.

Art. 4. ad tertium in fin. *liquore liquefacti*, corrige, vbi occurrit: *liuore liquefacti*:

Art. 7. ad tertium: *ſtella illa non eſt ſecuta modum ſtellarum*, alibi: *motum ſtellarum*.

Quæſt. 38. ar. 1. c. *quantum catechumenis non dum baptizatis poteſt doctrina*, lege: *prodeſt doctrina*.

Quæſt. 39. ar. 5. c. *Tertio quia ſpecialiter*, alibi: *Tertio quia ſpiritualiter*, ad ſecundum: *quo ſi ipſa creatura, ſcilicet, Cælorum*, alibi: *cataracta, ſcilicet, Cælorum.*

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. 41. circa art. primum conſule Appendicem in fine Animaduerſionum p. 2. ar. 2. ad tertium: *Marcus dicit quod ſolum in deſerto tentabatur*, dele ly: *ſolum*.

Quæſt. 44. ar. 1. ad tertium authoritas Athanaſio aſcripta inuenitur in Chryſoſt. conc. 2. de Lazaro.

Art. 4. ad quartum: *quod multiplicatio panum eſt facta*, lege: *non eſt facta*.

Quæſt. 45. ar. 3. in cor. *& ideò conueniens fuit, vt de præcedentibus ipſum teſtes adeſſent*, quæ ſecuntur deſunt in aliquibus exemplaribus: *ſcilicet. Moyſes, & Helias, & de ſequentibus ipſum*, ſeqitur poſtea: *Petrus, & Iacobus, & Ioannes*, in fin. cor. *in ore duorum, vel trium teſtium*, alibi: *& trium teſtium*, prior lectio eſt retinenda, nam coincidit cum vulgata Matthæi 18. 16.

Quæſt. 46. ar. primo in fin. cor. *quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati*, alibi. *quoniam ſcriptum eſt, quoniam oportebat &c.*

Art. 3. ad ſecundum non inuenitur apud Chriſoſtomum adducta ex ipſo ſententia, ſed vel oratio illa Chriſoſtomi modò à nobis deſideratur, vel loco Chriſoſtomi ſuſtituendus eſt Athanaſius, in cuius libro de Incarnatione Filij Dei habetur ſenſus illius ſententiæ.

Art. 4. c. *figura crucis à medio contactu*, alibi: *à medio tractu*.

Art. 6. ad ſextum: *ſed etiam quantum dolor eius ſufficeret*, alibi: *ſed etiam quantus dolor eius ſufficeret*.

Art. 7. in fin cor. *ad quam perueniebat corporis paſſio cuius eſt actus*, alibi: *ad quam peruenit paſſio, paſſo corpore, cuius eſt actus*.

Art. 10. in 3. argumento: *In terra Enachim*, alibi: *inter Enachim*.

Art. 12. in fin. cor. *ratione naturæ impaſſibilis*, videtur legendum: *ratione naturæ paſſibilis aſſumptæ, non autem ratione diuinæ naturæ impaſſibilis*.

Quæſt. 47. ar. 2. in fin. cor. *obtinuit per hoc, quod Deo*, alibi: *obtinuit pro eo quod Deo*.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. 49. ar. 4. ad tertium : *ad reconciliandum Deum toto humano generi* , alibi : *ad reconciliandum Deo totum humanum genus* .

Quæſt. 52. ar. 5. in primo argumento : *ſecundum beatificam præſentiam ſuæ diuinitatis* , alibi : *ſecundum beneficam præſentiam ſuæ diuinitatis* , alibi : *ſecundum beneficia præſentia ſuæ diuinitatis* , idem obſeruare oportet in reſponſione ad primum : *S. Auguſtini (cuius eſt illa ſententia) Volumina vetuſtiora retinent priorem lectionem* .

Quæſt. 53. ar. 3. ad ſecundum : *quia niſi ante in recenti* , alibi : *quia etſi ante in recenti* .

Quæſt. 55. ar. 6. in 4. arg. *Ergo videtur quod ſufficientia fuerint* , lege : *inſufficientia* , argumentum quintum non eſt D. Thomæ , ſed ſuppletur . Reſponſio eſt S. Thomæ , in qua poſt illa verba : *atque ibi vidiſſe Angelum* , videtur addendum , quod tamen vbique deeſt : *ſuper lapidem reuolutum à monumento , ſicut dicit Matthæus , vt hoc ſit* , deinde ſequitur : *ſedentem à dextris , quod dicit Marcus* , ad primum : *tamen anima ſimul accepta* , lege : *tamen omnia ſimul accepta* .

Quæſt. 56. ar. 1. ad primum : *perueniamus ad percipiendum* , alibi : *ad participandum* .

Art. 2. ad tertium : *effectus iudicantis* , alibi : *effectus iuſtificantis* .

Quæſt. 57. ar. 1. c. *Chriſtus autem poſt reſurrectionem* , alibi : *per reſurrectionem* , ad quartum : *tempus præſentis ſæculi* , alibi : *typus præſentis ſæculi* .

Art. 4. ad primum : *ſed ipſum eſſe ſuper omnes Cœlos*, alibi : *extra omnes Cœlos* .

Quæſt. 58. ar. 3. ad primum : *adoratur enim vna hypoſtaſis vna adoratione cum carne eius ab omni creatura* , alibi : *adoratur enim cum ſua carne ab omni creatura* .

Art. 4. ad quartum : *ſed condeſcendens interrogantium ſupplicationi* , alibi : *ſed condeſcendens interrogantium ſuſpicationi* .

Quæſt. 59. ar. 2. c. *per omnia per ſimilitudinem* , alibi : *pro ſi-*

ſimilitudine.

Quæſt. 60. art. 1. in 2. argumento: *præter ſpeciem*, alibi: *per ſpeciem*.

Art. 5. c. *vtendum ad ſignificandum*, alibi: *ad ſanctificandum*, ad tertium: *propter obſeruationem legis naturæ ex peccato hominum*, adde vbi deeſt: *corruptæ*.

Art. 7. ad tertium: *Vt plurimum mutat conſignificationem*, lege: *non mutat*.

Quæſt. 61. ar. 4. ad primum: *& inter ſtatum gloriæ, in qua omnis, vndè & perfectè*, lege: *nude & perfectè*.

Quæſt. 62. ar. 6. c. *conuenienter deriuatur virtus*, alibi: *conſequenter deriuatur virtus*.

Quæſt. 64. art. 1. c. *in qua Sacramenti effectus exiſtit*, lege: *conſiſtit*, & adde vbi deeſſe compereris: *non poteſt aliquid immediatè operari*: ſequitur, *vbi non eſt*.

Art. 2. ad ſecundum: *contrahatur eius effectus*, alibi: *contrahatur eius affectus*,

Art. 4. in 2. arg. *non potuit communicare diſcipulis*, alibi: *non potuit communicare miniſtris*.

Art. 6. ad primum: *niſi ſicut quædam iuſtitiæ partes*, alibi: *ſed ipſa pertinent ad iuſtitiæ Sanctitatem, ſicut quædam iuſtitiæ partes*.

Art. 8. ad ſecundum: *mentalis intentio*, quidam apud Soto in 4. d. 1. q. 5. ar. 8. §. *In ſecundo argumento*, legunt: *ſpecialis intentio*, ſed ipſe à priori lectione non recedit. Ad tertium: *licet ille, qui aliud cogitat, non habeat actualem intentionem, habet tamen intentionem habitualem*, alibi apud Nuno in Com. ad ſecundum: *intentionem virtualem*, quod & inueniri in Codice Caietani impræſſo anno 1540. teſtatur Siluius ibidem §. *Hic ad tertium*, alibi: *intentionem actualem*, ſed iſta lectio non videtur propria; nam ita incongruenter legeretur: *licet ille, qui aliud cogitat, non habeat actualem intentionem, habet tamen actualem*, plures docti Commentatores retinent priorem lectionem, & dicunt

cunt S. Thomæ temporibus intentionem in duo illa membra actualis, & habitualis diuidi ſæpè conſueuiſſe, & tunc per habitualem virtualem quoque Doctores accepiſſe, quando materiæ ratio, in qua verſabantur, id expoſcebat, & ita loco cit. intentionem habitualem pro virtuali ex hac ratione, S. Doctorem putant vſurpaſſe, quod & nos oſtendimus ſupra in hoc Manuali PP. Concl. XVIII. S. Thomam aliquando virtualem intentionem dixtinxiſſe contra habitualem, conſtat ex q. 1. de Charit. ar. 11. ad tertium.

Quæſt. 65. ar. 2. c. *extrema vnctio, quæ conſeruat ſanationem*, alibi: *quæ conſumat ſanationem*, in fin cor. *ad perfectionem finis*, alibi: *ad conſecutionem finis*.

Quæſt. 66. ar. 1. c. *in aqua autem perficitur ſanctificatio*, lege: *non perficitur ſanctificatio*.

Art. 2. ad ſecundum: *figuris arctari*, alibi, *figuris aggrauari*.

Art. 4. in 5. arg. *Aqua roſacea fit per ſubtiliationem*, alibi: *ſublimationem*, ad ſecundum: *quod ex ſpiſſitudine perfici poteſt*, lege: *perſpici poteſt*.

Art. 6. in 3. arg. *vt Sanctus ait Ambroſius*, de Conſec. diſt. 4. cap. *A quodam Iudæo*, legitur: *vt Sanctus Ambroſius exponit*.

Art. 8. c. *quod dari à quibuſdam dicitur in morte Domini*, de Conſec. diſt. 4. c. *ſi quis Præſbyter*, legitur: *quod dari à quibuſdam iubetur in morte Domini*, ſeu: *in mortem Domini*, alibi: *quod dari videtur, &c.* alibi: *vnicam merſionem, quæ in mortem Domini datur*.

Art. 10. in primo arg. *Vt enim dicit Chryſoſtomus*, de Conſec. diſtinct. 4. cap. *nunquam aqua*, in Cod. Vet. quem S. Thomas ſequutus eſt, attribuitur illa ſententia Chryſoſtomo, ſed in Greg. Cod. attribuitur Chromatio in Matth. Ad tertium: *in ſignum gloriæ reſurrectionis*, alibi: *in ſignum glorioſæ reſurrectionis*.

Quæſt. 67. ar. 3. c. *ſit communis, ſcilicet, aqua*, alibi: *ſit communiſſima, ſcilicet, aqua*.

Art. 5. c. *ſine authoritate tanti Concilij*, alibi: *tanti conſilij*,

ſilij, alibi: *Sacri Concilij*.

Art. 6.c. *Alius verò quantumcumq; ius baptizandi*, alibi: *alius verò quantumcunque intentionem baptizandi*,

Quæſt. 68. ar. 4 in arg. ſ. c. *quia Auguſtinus ad Bonifacium dicit, in Baptiſmo aliquis membrum Chriſti efficitur, ſed nullus peccator perſiſtens in voluntate peccandi poteſt fieri membrum Chriſti, quod eſt incorporari Chriſto: Ergo huiuſmodi peccator non eſt baptizandus, quia fruſtra baptizaretur*, hoc argumentum ſub his verbis non habetur in Codicibus, quorum eſt vſus frequentior, ſed ſub alijs verbis, ſcilicet, *ſed contra eſt quod Auguſt. dicit: Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te, ſed peccator cum habeat voluntatem non diſpoticam, non cooperatur Deo: ergo fruſtrà adhibetur ſibi Baptiſmus ad iuſtificationem*.

Art. 8. ad quartum: *ſuſcipit Sacramentum ſi ei non conferatur*, lege: *ſi ei conferatur*.

Art. 12. ad primum *ſicut ex actu*, alibi: *ſicut & ex actu*, alibi: *ſicut & ex ritu*.

Quæſt. 69. ar. 9. ad tertium: *& velle ſe Chriſto conformari*, alibi: *conformare*, alibi: *& velle ſe Eccleſiæ conformari*.

Art. 10 in arg. ſ. c. *peccatorum ablutionem*, alibi: *peccatorum abolitionem*.

Quæſt. 70. ar. 2. ad primum: *fidem ſuam aliquibus ſignis*, alibi: *fidem ſuam profitentibus ſignis*.

Art. 4. in arg. ſ. c. *Ex quo inſtituta eſt circuncisio in populo Dei, quæ erat ſignaculum fidei iuſtitiæ Dei ad ſanctificationem purgationis, valebat paruulis originalis, veteriſque peccati, ſicut & Baptiſmus &c.* alibi: *ex quo inſtituta eſt Circunciſio in populo Dei, quæ erat ſignaculum iuſtitiæ fidei, ad purgationem valebat magnis, & paruulis, ſicut & Baptiſmus &c.* In corp. *in Circunciſione autem conferebatur gratia, non ex virtute Circunciſionis, ſed ex virtute fidei paſſionis Chriſti, cuius ſignum erat Circunciſio*, alibi: *Circunciſio autem conferebat gratiã in quantum erat ſignum fidei paſſionis Chriſti futuræ*.

Quæſt.

Quæſt. 71. art. 2. c. *per Baptiſmum exhibetur*, alibi: *per Baptiſmum acquiritur*: Ad ſecundum: *per ablutionem peccati*, alibi: *per ablationem peccati*.

Art. 3. ad quartum: *quæ operatur conſeruationem gratiæ*; alibi: *quæ operatur ad conſeruationem gratiæ*.

Quæſt. 72. in princ. ar. 1. ſicut & infra q. 84. ar. 3. c. & 4. d. 7. q. 1. ar. 3. q. 2. c. hæc dicitur eſſe forma Sacramenti Confirmationis: *Conſigno te ſigno crucis &c.* alij legunt, *ſigno te ſigno Crucis*: ſed vtrumque vocabulum idem ſignificare indubitatum eſt apud Authores, qui vtroque vtuntur ad placitum, vt eſt videre in Toleto Inſt. Sacerd. lib. 2. cap. 24. in Bonaccina Tomo primo de Sacramentis diſp. 3. q. vn. de Confirmatione Punc. 3. propoſ. 2. num. 7. Boſenbau in Medulla lib. 6. Tract. 2. cap. 2. dub. 1. §. *Reſp. IV.* Bellar. Tomo 3. Controu. Controuerſ. 5. lib. vn. de Sac. Confirmat. cap. 10. qui tamen in recognitione librorum ſuorum, quæ habetur ad initium Magni Voluminis Controuerſiarum impræſſi Coloniæ 1628. §. *Recognitio libri de Confirmatione*, quamuis fateatur in verbis: *ſigno* & *conſigno*, eundem ſenſum haberi; tamen quia in Conc. Florentino, & Pontificali Romano habetur non, *conſigno*, ſed, *ſigno*, hoc poſtremum verbum monet eſſe retinendum, quam tamen monitionem non inuenimus in Doctoribus adductis, qui poſt Bellarm. ſcripſerunt. In corp. *ad ſpecialis gratiæ effectus*. alibi: *ad ſpirituales gratiæ effectus*.

Art. 3. in arg. ſ. c. *quod ſolum*, alibi melius: *quod ſolis debetur Epiſcopis*, in corp. *Vnde Chryſoſtomus*: Vide ſupra q. 66. ar. 10. in primo argumento.

Art. 5. in arg. ſ. c. *de homine, qui à Pontifice confirmatus fuerit, denuò illi talis reiteratio &c.* hic, & de Conſec. diſt. 5. c. *de homine*, dubitatur an cõma debeat præcedere, vel ſubſequi illud, *denuò*, in Vet. Cod. poſt *denuò*, ſequuntur:

Art. 7. ad tertium: *aliquid effectuum ſpecialis effectus*, alibi: *aliquid effectuū ſpiritualis effectus*.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. 74. ar. 3. ad ſecundum: *Vndè ex talibus frumentis, quæ nullo modo poſſunt ex ſemine tritici generari, non poteſt confici panis*, alibi: *quæ nullo modo poſſunt ex ſemine grani generari*, alibi: *quæ nullo modo poſſunt ex ſemine generari, ex talibus granis non poteſt confici panis.*

Art. 4. c. *ſed certæ Eccleſiæ efferunt*, alibi: *ſed cæteræ Eccleſiæ offerunt.*

Art. 8. ad ſecundum: *quod ſi aqua omninò apponeretur*, lege: *quod ſi aqua omninò non apponeretur.*

Quæſt. 75. ar. 1. c. Cyrillum, cuius verba S. Tho. adduxit hic, & in Catena Lucæ 22. exiſtimo eſſe Hieroſolimitanum; illa enim verba equiualent ijs, quæ leguntur in eius catecheſi 4. Myſtagogica: Verùm Cornejo 3. p. q. 75. ar. 1. diſp. 1. dub. 1. ſentit Cyrillum præfatum fuiſſe Alexandrinum, dicit enim: *Diui Patris noſtri Cyrilli*, ſcimus autem Carmelitas, ex quibus erat Cornejo, opinari Cyrillum Alexandrinum fuiſſe Patrem ipſorum, hoc eſt, Carmelitam; Cum verò neuter ex his Cyrillis ſcripſerit, quod ſciamus, in Lucam, concludendum eſt authoritatem illam à S. Tho. extractam fuiſſe ex aliquo Tractatu, in quo incidentèr illam S. Lucæ Euangelij ſententiam alter ex Cyrillis interprætatus eſt. Idem obſeruare oportet quotieſcunque in his quæſtionibus de Euchariſtia adducitur Cyrillus: *& quia fides eſt indiuiſibilium*, lege: *inuiſibilium*, ad primum: *ſed ſpiritualiter dici, ideſt, inuiſibilitèr*, alibi: *ideſt impaſſibilitèr*, ad tertium: *ſed quodam ſpeciali*, alibi: *ſed quodam ſpirituali.*

Art. 3. in primo arg. *ergo non eſt aliquid*, in quibuſdam Codicibus deeſt ly, *non*: omninò apponendum, ſequitur: *vndè poſuerunt aliud ſub diſtinctione, ſcilicet quod annichiletur*, in aliquibus Codicibus additur: *vel quod in præiacentem materiam reſoluatur.*

Quæſt. 76. ar. 1. in arg. ſ. c. *Dicit enim Ambroſius in lib. de officijs*, ita legitur in Decr. Cod. Vet. de Conſec. d. 2. capitulo 140. *ante benedictionem*, ſed in Codice Gre-

Gregoriano hæc authoritas Ambroſij adducitur ex lib. de ijs, qui miſterijs initiantur c. 9.

Art. 3. in arg. ſ. c. *Auguſtinus dicit in quodam ſermone : ſinguli accipiunt*, hæc ſententia à Mag. 4. d. 12. §. *ſed quia*, & in Vet. Cod. de Conſ. d. 2. c. *ſinguli*, aſcribitur Hieronymo. In Cod vero Greg. dicitur ab aliquibus attribui Ambroſio.

Art. 4. c. *realiter non denudatur*, alibi : *realiter non diuiditur*.

Art. 7. ad ſecundum poſt *ſub Sacramento*, in quibuſdam impræſſionibus deſunt quæ ſequuntur *exiſtentem : non tamen poteſt videre ipſum modum eſſendi, quo eſt ſub Sacramento*.

Art. 8. c. *non per ſolam immutationem videntium ſub ſpecie*, lege : *non per ſolam immutationem videntium, ſed ſpecie*.

Quæſt. 77. ar. 2. in fin. cor. *plures lineas ſeparatas*, alibi : non habetur illud, *ſeparatas*.

Art. 5. c. *ſed materia panis, & vini, quæ magis de nouo creata diceretur*, alibi : *ſed materia panis, & vini magis quaſi de nouo creata diceretur*.

Art. 7. in arg. ſ. c. *neque ſubſtantia vini*, in quibuſdam Codicibus hæc verba non leguntur. In cor. *vera fractio ſine ſubiecto exiſtente*, alibi non habetur ly : *exiſtente*, Ibidem : *prius vnum exiſtens, poſtea in multa partium*, lege : *in multa partitum*.

Quæſt. 78. art. 1. c. fin. *ſiue per modum depræcantis, ſicut cum in Sacramento extremæ Vnctionis dicitur, per iſtam vnctionem, & noſtram interceſſionem &c.* puto illud, *& noſtram interceſſionem*, additum eſſe ; nam S. Tho. 4. d. 23. q. 1. ar. 4. q. 2. in primo arg. ſ. c. tradendo formam Sacramenti extremæ Vnctionis, hanc eſſe retulit : *Per iſtam Vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam &c.*

Art. 3. c. *ſecundo ad iſtantiam gratiæ*, alibi : *ad iuſtitiam gratiæ* : Ad primum : *pro vt per Calicem ſimilitudinem intelligitur paſſio Chriſti, quæ ad ſimilitudinariè Calicis*

Digitized by Google

licis inebriat, corrige: *prout per Calicem ſimilitudinariè intelligitur paſſio Chriſti, quæ ad ſimilitudinem Calicis inebriat.*

Art. 5. c. *ſed ad omnes vndique terrarum*, lege: *ſed ad omnes vbique terrarum.*

Quæſt. 79. art. 1. in arg. ſ. c. *gratia non confertur*, dele illud, *non*: vbi legitur.

Art. 4. in fin. cor. *per quod peccata*, alibi: *per quem peccata.*

Quæſt. 80. ar. 2. in arg. ſ. c. *Panem de Altari ſpiritualitèr manducare, innocentiam de Altari portate*: De Conſec. d. 2. Cap. *Panem*: ita legitur: *Panem de Altari ſpiritualiter manducare. eſt innocentiam ad Altare portare*: Sed S. Auguſtinus, cuius eſt hæc ſententia, tract. 26. in Io: ita ſcripſit: *Panem cœleſtem ſpiritualiter manducate, innocentiam ad Altare apportate*: In cor. *prout in ſpecie conſiſtit*, lege: *prout in ſua ſpecie.*

Art. 4. in 2. arg. *Ergo hoc Sacramentum abſque culpa ſumere poſſunt*, alibi: *ergo hoc Sacramentum corporaliter ſumere poſſunt abſque culpa.*

Art. 6. in 3. arg. *ſepè contingit vt in Monaſterijs Monachorum*, in Codice Gregoriano 2. q. 4 ſeu 5. quæ quartæ præponitur, deeſt ly: *Monachorum*, quod tamen extat in Vetuſto Codice ſequitur: *in ſigulis miſſa celebrari debet, & communicari*, alibi: *pro ſingulis miſſam debet celebrare, & communicare*, ita in Vetuſto, & Gregoriano Codice cap. *Si Epiſcopo* 2. q. 5. ſed ordine 4.

Art. 7. c. *præparationis ad deuotionem*, alicubi additur: *& orationem*, ad ſecundum: *ante vacauere amplexibus*, alibi: *hæſere amplexibus*, ita legitur in Decreto 33. q. 4. cap. *Sciatis fratres.*

Art. 8. ad primum: *ſeruant hunc locum*, alibi: *ſeruant hunc modum.*

Art. 10. ad quintum: *ſaltim ter in anno omnes communicent*, de Conſec. diſt. 2. c. *ſi non frequenter*, in Vet. Cod.

Digitized by Google

Cod. legitur : *in anno ter homines &c.* in Greg. verò : *in anno ter laici homines .*

Quæſt. 81. ar. 1. ad tertium in fin. *qui augmentum gratiæ ſuſcipiunt ſub Sacramentalibus ſignis , quibus indigent ad veritatis perceptionem* , alibi : *qui augmentum gratiæ ſuſcipiunt , & Sacramentalibus ſignis indigent ad veritatis perceptionem .*

Quæſt. 82. art. 7. in 2. arg. *aut cuiuſpiam myſterij* 1. q. 1. cap. *Arianos* . legitur : *miniſterij* ; ad primum : *quod eſt verum veritate fructus* , videtur legendum : *quod non eſt verum veritate fructus* : vt patet infra art. 9. ad ſecundum . Ad ſecundum : *permittitur eſſe reatus hæreticis* , lege : *eſſe ratus* .

Quæſt. 83. in Prologo: *Tertio de loco, & alijs, quæ pertinent ad apparatum* , alibi : *ad aptitudinem* .

Art. 2. ad ſecundum : *alia autem eſt temporalis ſed ſpiritualis* , alibi : *alia eſt ſpiritualis Miſſas iterum celebrari* , corrige : *Miſſas interim celebrari* : Ita cap. *Concedimus* de Conſec. diſt. 1. Ad ſeptimum : *non in ſerico panno , aut intincto* , lege : *aut in tincto , ſed in panno lineo* , lege : *ſed in puro lino* , vel , *linteo* , ita in Vet. Cod. cap. *Conſultò* diſt. 1. de Conſec. , ſeu , vt in Gregoriano Codice : *ſed in puro linteo* .

Art. 3. in fin. c. *effectum Sacramenti , qui* , alibi : *effectum ſanctitatis, quæ*. Ad primum : *cæteraq; ſacra miſteria*, corrige : *miniſteria* , ſic enim legitur cap. *Concedimus*, de Conſec. diſt. prima : Ad ſextum *quondam Sacerdotes non aureis , ſed ligneis Calicibus vtebantur* , ita & in Cod. Vet. de Conſec. diſt. 1. cap. *Vaſa* : ſed in Cod. Greg. ita legitur : *quondam Sacerdotes aurei ligneis Calicibus vtebantur* .

Art. 4. in arg. ſ. c. *Iacobus &c. ediderunt Miſſæ celebrationem* , alibi : *Iacobus &c. in ſcripturis addiderunt nobis Miſſæ celebrationem* , & hoc eſt conforme Textui relato de Conſec. diſt. 1. cap. 147. *Iacobus* : In Cod. Greg. legitur : *in ſcriptis tradiderunt nobis miſticum ſacrificium , hoc modo , in diuina liturgia ſacrum*

poculum ex aqua, & vino conficiendum ediderunt: ad quartum: *ſit per Baptiſmum*, alibi: *ſit circa Baptiſmum*.

Art. 5. in 5. arg. *& ſeipſum inclinat*, alibi: *& ſeipſum incuruat*, ad ſecundum: *& quæ ſufficit*, alibi: *& quæ magis ſufficit*, ad octauum: *pars oblata*, lege: *pars oblata*, vt corrigitur in Cod. Gregoriano cap. *Triforme* de Conſec. diſt. 2. *Viuentes in Terra Sacramento vtuntur*, alibi: *Sacramento vniuntur*, ad decimum: *ſemper Sacerdos os vino aſpergere debet*, in Decretal. lib. 3. tit. 41. de Celeb. Miſſarum cap. *Ex parte*, non eſt ly: *os*, ſed ex contextu eſſe apponendum apparet.

Art. 6. in 4. arg. *quaſi imperfectum faciens Sacramentum*, alibi: *quaſi imperfectum faciens ſacrificium*, ad 1. *quã vt aut incipientis, aut ſubſequentis benedictione ſint completa Sacerdotis*: 7. q. 1. cap. 116. *nihil*, in Cod. Gregoriano hæc lectio, quæ conſonat cum Veteri, ſic emendatur: *quam aut incipientis, aut ſubſequentis completa benedictio Sacerdotis*, ſequitur: *niſi perfecto ordine compleantur*, in Codice Decreti ibidem legitur: *niſi perfectionis ordine compleantur*: Idem obſeruandum eſt in reſponſione ad quartum: Ad ſeptimum: *ſi per negligentiam aliquid ſtillauerit in tabulam, quæ terræ adhæret*, Decreti Textus cap. *ſi per negligentiam* de Conſec. diſt. 2. ſic habet: *ſtillauerit in Terram*: Item: *ſi ſuper linteũ altaris, & ad aliud ſtilla peruenerit, decem diebus*, corrige iuxta Codicem, quem ſequutus eſt S. Thomas 4. d. 13. in exp. Text. & eſt communior in Gregor. & Vet. Cod. *quatuor diebus pœniteat*: Item: *qui non benè cuſtodierit Sacramentum*: Textus ibidem cap. *ſi benè* ſic habet: *qui benè non cuſtodierit ſacrificium*.

Quæſt. 84. ar. 1. ad primum: *ipſi actus humani ſunt loco materiæ*, alibi: *ipſi actus humani ſenſibiles ſunt loco materiæ*.

Art. 3. ad quintum: *non ſolum ſignificantur, ſed etiam ferunt quod ſignificant.*, alibi: *ſed etiam faciunt quod ſignificant*.

Quæſt.

Quæſt. 85. ar. 3. ad primum : *Ex quo patet quod iuſtitia*, alibi : *ex quo patet quod Pœnitentia* .

Quæſt. 86. ar. 4. ad ſecundum : *ſicut in 2. p. habitum eſt, gratiam pertinet*, lege : *ad gratiam pertinet* .

Art. 5. in arg. ſ. c. *illuminatio autem cæci ſignificat liberationem peccatoris . Poſt primam ergo remiſſionem culpæ , qua peccator reſtituitur*, alibi : *ſignificat liberationem peccatoris poſt pœnitentiam ; ergo & poſt remiſſionem culpæ , qua peccator reſtituitur* , in fin. cor. *ita quod homini non dominentur, & hoc magis per modum diſpoſitionum , quam per modum habituum* , alibi : *ita quod homini non dominentur magis per modum diſpoſitionum , quam per modum habituum* .

Quæſt, 87. art. 1. in cor. *peccatum mortale commiſſum teſtetur quantum in ipſo eſt* , lege : *deteſtetur* .

Quæſt. 88. ar. 1. in reſp. ad primum : *qui tamen*, adde ex Gregoriano Cod. de Pœnit. diſt. 4. c. *qui recedit*, *propter poſtrema crimina* , deindè ſequitur : *ea morte afficitur &c.*

Quæſt. 89. art. 2. authoritas S. Ambroſio aſcripta in 2. Argumento inuenitur in S. Auguſtino Hypognoſticon lib. 3. ſub his verbis : *Pœnitentia ergo res eſt optima , & perfecta , quæ defectus reuocat ad perfectum* : Ad tertium : *quandoque abundanter peccantes , abundanter doleant* , in aliquibus Codicibus deeſt ante : *peccantes* ly : *abundanter* .

Art. 3. ad ſecundum : *bonorum potentias* , alibi : *bonorum pompas* .

IN
COMMENTARIO
SVPER
Quatuor Libros
Magiſtri Sententiarum.
SVPER
LIBRVM PRIMVM.

DISTINCTIONE 37. quæſt. 3. art. 1. ad quartum : *quod Angelus ſine loco poſſit eſſe* , alibi : *quod Angelus ſine loco non poſſit eſſe:* Vide Ioannem de Sancto Thoma Parte prima , quæſtione 20. art. 2. numero 13.

SVPER

SVPER LIBRVM

SECVNDVM.

DISTINCTIONE 11. quæſt. 1. ad ſextum : *violentèr incutiunt ad conſenſum*, lege : *inducunt ad conſenſum*.

Diſt. 24. quæſt. 3. ar. 2. c. *rationem peccati cauſat, tamen completi*, corrige : *non tamen completi*.

Diſt. 36. quæſt. 1. art. 4. c. *talium bonorum ſanatio*, lege : *talium bonorum ſubtractio*.

Digitized by Google

SVPER LIBRVM

TERTIVM.

DISTINCTIONE 3. art. ſecundo, quæſtiuncula 2. in 2. argumento authoritas illa, quæ Ambroſio attribuitur, legitur in Bedæ Homelia, quæ eſt ſuper *Miſſus eſt*.

Diſt. 27. quæſt. 2. art. 4. quæſt. 3. c. *loquimur de Virtutibus, ſicut in potentijs*, corrige: *ſunt in potentijs*.

SVPER

Digitized by Google

SVPER LIBRVM

QVARTVM.

DISTINCTIONE 6. quæſt. 1. ar. 2. q. 1. ad ſecundum: *Mentalis intentio*: Vide quæ diximus ſupra in 3. p. q. 64. ar. 8. ad ſecundum.

Diſt. 15. q. 2. ar. 1. q. 4. ad tertium: *Paſce &c.* Vide quæ diximus ſupra in 2. 2. quæſt. 168. ar. 3. ad tertium.

Diſt. 18. quæſt. 1. art. 3. in fin. c. *ligando eam*, corrigendum eſt: *imponendo eam*.

Diſt. 24. quæſt. 3. ar. 2. quæſt. 3. in ſecundo argumento ſ. c. de illa authoritate Cyrilli Epiſcopi Alexandrini; Vide quæ in Prima Parte huius noſtri Manualis diximus agendo de Opuſculo S. Thomæ contra errores Græcorum num. 386.

Diſt. 25. quæſt. 3. ar. 1. q. 2. in primo argumento de authoritate Gregorij, Vide quæ diximus ſupra 2. 2. q. 100. ar. 1. in arg. ſ. c.

Diſt. 26. q. 1. ar. 3. in 2. arg. de authoritate Hieronymi, Vide quæ diximus 2. 2. q. 153. art. 2. c.

Diſt. 33. quæſt. 2. ar. 2. q. 2. c. *quod ſi reputando vxorem peccauit*, corrige: *quod ſi repudiando vxorem peccauit*, ad ſecundum in fin. *quod habebat reatum*, ſimiliter corrigere oportet. *quod nō habebat reatū*: Quæſtiuncula 3. ad quintum, *polluere eſt abominabilis*, itidem corrigendum eſt: *polluta eſt abominabilis*.

Diſt. 34. q. 1. ar. 1. c. *ſecundo propter nimiam propinquitatem, & ſic ponitur triplex impedimentum, ſcilicet cogna-*

Digitized by Google

gnationis, adde quod deeſt in omnibus Codicibus, quos vidi, præter Codicem manuſcriptum Vaticanum, ſcilicet: *cognationis, quæ importat propinquitatem duarum perſonarum ſecundum ſe, & affinitatis*, deindè ſequitur: *quæ importat propinquitatem duarum perſonarum ratione tertiæ matrimonio iunctæ*. Idem præſtandum eſt in ſupplemento ad 3. p. quæſt. 50. ar. 1.

Diſt. 38. q. 1. ar. 3. q. 2 in 3. arg. *quia ſecundum Hieronymum, Virginitatem Vouentibus &c.* hæc ſententia attribuitur Hieronymo etiam in Decreto d. 27. cap. *Vouentibus*, & 17. q. 1. cap. eodem, & à Magiſtro in hac diſtinct. notat Cod. Gregor. in Hieron. inuentam non fuiſſe, & à gloſ. ord. 1. Timot. cap. 5. ad illa verba: *habentes damnationem*, attribui Auguſtino, cuius propria verba habentur 27. q. 1. c. *Nuptiarum*. In arg. ſ. c. *quod Clemens Papa dicit*, corrige: *quod Cæleſtinus 3. Papa dicit*, ſcilicet, in Decretali lib. 4. tit. 6. c. Rurſus.

Diſt. 41. q. 1. ar. 5. q. 2. ad quartum *quod patet in Decretali (cap. Cum in tua, lib. 3. tit. 17. qui Matr. accuſ. poſſunt)* quæ ſic dicit, *ſi quis &c. quando ſecundum conſuetudinem in Eccleſijs edebantur*, lege: *quando banna &c. edebantur*. Item: *ſuper quo reſpondemus*, lege: *ſuper quo ſic duximus diſtinguendum*. Item: *is, qui iam coniunctus impedit*, lege: *is, qui iam coniunctos impetit*. Item: *quod comprahentionem talium*, lege: *quod ad comprahentionem talium*.

Diſt. 44. Commentatores plerique dum iuxta vſitatum diſputationis ordinem præmittunt argumenta contra fidei dogma de corporeo igne purgatorio, & infernali, quo animæ in futura vita cruciantur, vtuntur authoritate S. Gregorij Papæ deſumpta ex lib. 15. Moral. cap. 14. quam ita legunt: *at contra gehennæ ignis cum ſit incorporeus*, quæ verba varijs interpretantur expoſitionibus, vt ea catholico dogmati concilient. At S. Tho. in Commentario illius diſtinctionis, q. 3. art. 2. quæſtiun-

quæſtiuncula 2. in 2. arg. ita legit authoritatem Sancti Pontificis : *ignis cum ſit corporeus* , ex quo patet vitiatum fuiſſe Codicem , quo ſupradicti Doctores vtebantur .

Diſt. 45. q. 2. ar. 3. q. 1. in 2. arg. *Gregorius* , adde : *Secundus* .

Diſt. 46. q. 2. ar. 1. q. 3. in princ. *quod omne Corpus* , lege , ſi ſic ſcriptum inuenias : *quod omne opus* .

Diſt. 49. q. 1. ar. 4. q. 1. in primo arg. ſ. c. *Maior erit eorum beatitudo poſt mortem* , lege : *poſt iudicium* . q. 2. ar. 7. ad primum : *Angelus , qui Moyſi deſcribitur* , lege : *qui Moyſi apparuiſſe deſcribitur* . q. 4. ar. 3. ad quartum in fin. *ratio dicti*, lege: *ratio dotis*:& ad quintum in fin. *rationem dicti*, lege: *rationem dotis*, quæſt. 5. ar. 3. quæſt. 1. ad ſecundum , Videnda eſt Appendix poſita ſupra in fine Animaduerſionum in Textu S.Thom. p.2. ſummæ.

IN QVAESTIONIBVS DISPVTATIS

De Potentia.

QVÆSTIONE 4. art. 2. magna eius pars non eſt S. Thomæ, ſed Vincentij Baldelli de Caſtro nouo, qui fuit Theologiæ Magiſter inſignis, & Generalis Ordinis noſtri.

Quæſt. 6. art. 10. in fin. cor. *quæ retrahunt ab electionibus*, lege: *à delectationibus*.

Quæſt. 9. ar. 8. in princ. corp. *ſicut dicit Hieron. ex verbis inordinanatè prolatis incurritur hæreſis*: Vide quæ diximus ſupra p. p. q. 31. ar. 2. c.

Digitized by Google

DE MALO.

QVÆSTIONE 3. art. 14. c. *ſecundum ſententiam Aug. non omne peccatum ex malitia*: dele: illud *non*.

Quæſt. 5. ar. 4. ad octauum: *ſed poſteri eius morerentur propter peccatum originale*: Textus iſte cenſetur à Bellarm. Contr. Tomo 4. de amiſſ. gratiæ cap. 13. in fin. ſic corrigendus: *ſed poſteri eius non morerentur propter peccatum originale*.

Quæſt. 7. ar. 11. ad 16. *Illa ratio non concludit quod peccatum veniale in Purgatorio non remittatur, ſed quod ſtatim ibi non remittatur*, legit Siluius 3. p. q. 87. art. 1. §. *Deindè quando*, inhærens Veteribus Codicibus: *ſed quod ſtatim ibi remittatur*.

Quæſt. 13. ar. 4. ad ſecundum: *Eccleſ. 29. multi vero cauſa nequitiæ*, lege iuxta Vulgatam: *multi verò non cauſa nequitiæ*.

Digitized by Google

DE VERITATE.

QVÆSTIONE 12. ar. 5. ad primum: *Alio modo ſolum quantum ad effectum, & ſic oportet quod ſanctum*, lege: *& ſic non oportet quod ſanctum.*

Quæſt. 19. art. 2. c. *quæ pœnes principia materialia ſumitur*, videtur legendum: *quæ pœnes principia formalia ſumitur.*

Digitized by Google

IN

QVAESTIONIBVS

Quodlibetalibus.

QVODLIB. 3.ar.10.in c. *In his verò, Quæ pertinent ad fidem, & bonos mores*, alibi: *vel*, ſeu, *aut bonos mores*: Vide noſtros S. Antoninum p. 3. tit. 5. cap. 2. §. 9. Silueſtrum verbo *opinio* num. primo q. 1. Corradum de Contract. q. 100. poſt Concl. 3. in ſolut. 5. arg.

Quodl. 5. ar. 2. ad primum in fin. *adiuta per gratiam ſunt principia demerendi*, corrige: *adiuta per gratiam poſſunt eſſe principia merendi*.

Quodl. 6. ar. 7. c. *ſi hoc alteri non conueniret, quam Chriſto*, lege: *ſi hoc alteri conueniret quam Chriſto*.

Quodl. 7. ar. 18. ad 8. *circa eos, qui prædicant*, legendum videtur: *quibus prædicant*.

Digitized by Google

IN SVMMA

CONTRA GENTES.

LIBRO Primo cap. 20. nota in Veteribus exemplaribus hoc caput terminari ibi : *ſed contra hunc proceſſum*, à quibus verbis incipit cap. 21. cum hoc Titulo : *Obiectiones contra hunc proceſſum*, ſed in recentioribus vnicum caput vtrumque complectitur ; ideoq; capita veterum exemplarium huius primi libri ſunt 103. recentiorum verò tantum 102.

Cap. 85. in fin. *hæc autem excludit contingentiam*, lege : *hæc autem ſola excludit*,

Cap. 100. in princ. *proprium bonum eſt habitudo*, lege : *beatitudo*.

Lib. 2. cap. 2. §. Primo quidem in fin. *ſuæ ſimilitudinis impræſſam*, alibi : *ſparſam*.

Lib.

Lib. 3. cap. 6. § In agentibus autem voluntarijs : *proijciens ad autem interficit hominem*, lege : *proijciens ad au- tem*, §. ex quo patet, *ordinatam actionem*, lege : *inordinatam actionem*.

Cap. 11. §. ſed cum bonum : *videtur alicui primo aſpectu eſſe continens*, lege : *incontinens*.

Cap. 59. §. Hinc eſt quod dicitur Iob 11. *ſic igitur aliquis omnes rationes rerum creatarum cognoſceret, ſi cognoſceret omnia bona &c.* alibi : *ſi igitur aliquis omnes rationes rerum cognoſceret, cognoſceret omnia bona &c.*

Cap. 71. §. Tollitur etiam : *quæ ſub prouidentia Dei bonum locum habere non poſſet*, alibi : *quaſi malum ſub prouidentia boni Dei locum habere non poſſet*.

Cap. 80. §. Infimi autem : *annunciauit, ab omnibus credendum eſt*, lege : *cui ab omnibus &c.*

Cap. 81. circa finem : *diuinam prouidentiam non excludit, prouenit neque per huiuſmodi*, lege : *prouenit enim ex permiſſione diuina ex defectu inferiorum agentium, ſicut de alijs malis dictum eſt, ſed neque per huiuſmodi &c.*

Cap 93. in Titulo : *quomodo Deus poſſit vt non poſſit facere præter ordinem ſuæ prouidentiæ*, legitur alibi : *quomodo Deus poſſit facere præter ordinem ſuæ prouidentiæ, & quomodo*.

Cap. 106. 2. *non eſt intellectus benè diſpoſiti ſecundum virtutem ſamiliarem eſſe, & patrocinium exhibere ſceleratis non quibuſlibet optimis Viris*, alibi : *non eſt intellectus benè diſpoſiti virtutem familiarem eſſe, & patrocinium exhibere ſceleratis, & non quibuslibet optimis viris*.

Cap. 109. circa med. *Ideò ex prima ordinatione voluntatis, quæ fuit in Dæmone*, alibi : *ex prima inordinatione &c.*

Cap. 116. fin. *Hic igitur eſt finis totius legislatoris*, videtur legendum : *finis totus legislatoris*.

Cap.

Digitized by Google

Cap. 119. §. Propter hoc : *Illa enim dicimur, quibus per noſtra opera ſtudium adhibemus*, lege : *Illa enim dicimur colere, quibus &c.*

Cap. 124. in princ. *In omnibus autem eſt ratio ſpecialis*, lege : *In hominibus autem &c.*

Cap. 142. in Titulo : *& pœnæ ſunt actuales*, lege : *ſunt æquales*.

Lib. 4. Cap. 17. 2. Authoritas ex Philip. 3. ſic legitur in Vulgata : *qui ſpiritu ſeruimus Deo*, ſed S. Thomas ſecutus lectionem græcam, vbi ly : *Spiritu*, legitur πνεύματι, quod eſt datiuum, ſcripſit : *qui Spiritui Deo ſeruimus*.

Cap. 30. in princ. *Deſcendi de Cœlo non vt faciam voluntatem eius &c.* vel dele ly *non*, vel lege totam ſententiam Sacræ Scripturæ prout alibi : *non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me* : 4. *Deus miſit filium ſuum natum ex muliere*, lege : *factum ex muliere*, hæc enim lectio correſpondet ſequentibus, vt legenti conſtabit euidenter.

Cap. 34. in princ. *Et Neſtorius eius ſectator talem ſcientiam*, lege : *talem ſententiam*.

Cap. 38. 7. de authoritate inducta ex Cyrillo, Vide quæ notauimus in 3. p. q. 2. ar. 3.

Cap. 63. §. Poſſunt, & aliæ rationes : *quæ de indiuiſibilibus eſt*, lege : *quæ de inuiſibilibus eſt*.

Cap. 71. §. Præterea oſtenſum eſt : *Gaudeo non quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam*, vel dele ly *non*, vel, prout alibi, lege integram Sacri Textus ſententiam ſic : *Gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam*.

Cap. 79. 2. *oportet incorruptibile hoc*, corrige : *corruptibile hoc*, §. Ad oſtendendum : *eſt igitur contra naturam animæ abſque corpore eſſe*, de hac ſententia vide quæ annotauimus in p. p. q. 118. art. 3. c.

Cap. 83. 5. in fin. *ſi non expectantur*, corrige : *ſi non omnes expectantur*, §. patet quidem : *In hac autem vita in-*

Digitized by Google

inordinatum, & vitioſum eſt, ſi quis cibis, & Venereis vtatur propter neceſſitatem ſuſtentandi corporis, vel prolis educandæ, lege: *vitioſum eſt ſi quis cibis, & Venereis vtatur propter ſolam delectationem, non propter neceſſitatem &c.*

Ita legitur in Veteribus exemplaribus.

⁂

IN SVPPLEMENTO AD *Tertiam Partem.*

QVÆSTIONE 16. aduertit Siluius titulum eius non eſſe *De ſuſcipientibus Sacramentū Pœnitentiæ*, ſed, *de ſubiecto pœnitentiæ*.

Quæſt. 41. ar. 3. in 2. arg. de illa authoritate Hieronymi, Vide quæ diximus ſupra 2. 2. q. 153. art. 2. c.

Quæſt. 50. ar. 1. c. deeſt quod notauimus ſupra in lib. 4. ſent. d. 34. q. 1. art. p. in c.

Doctores Duacenſes ex 4. ſent. diſt. 21. q. 1. addiderunt ſupplemento in 3. p. S. Thomæ, quæſtionem 100. quæ eſt de Purgatorio.

Digitized by Google

IN OPVSCVLIS.

OPVSC. 7. in 5. Petitione : *Solo Chriſto, qui habuit ſpiritum non ad menſuram, & B. Virgine quæ fuit plena gratia, in qua nullum peccatum fuit, ſicut dicit Auguſt: de qua cum de peccatis agitur nullam volo fieri quæſtionem*, additur in quibuſdam Codicibus : *nullus enim hominum præter Chriſtum, & B. Virg. fuit immunis à peccato originali.*

Opuſc. 8. quod eſt *de Salutatione Angelica*: *Peccatum aut eſt originale, & de iſto mundata fuit B. Virgo in Vtero, aut mortale, aut veniale, & de iſtis libera fuit &c. ſed Chriſtus excellit B. Virg. in hoc quod ſine originali conceptus, & natus eſt; B. autem Virgo in originali eſt concepta, ſed non nata*, alibi : *ipſa enim Sanctiſſima Virgo puriſſima fuit quantum ad culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit* : De hac lectione videndus Turrec. in Trac. de Concept. B. Virginis par. 12. cap. 15. vbi priorem lectionem tuetur, ſed poſterior ſemper magnam habuit apud Doctores probabilitatem.

Opuſc. 24. dicit S. Thom. *nam ſubditur ibidem, ſcilicet Io: Epiſtola prima cap. 5. Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſcilicet, ſpiritus, aqua, & ſanguis. In quibuſdam libris attenditur, & hi tres vnum ſunt: ſed hoc in veris exemplaribus non habetur, ſed in quibuſdam libris dicitur appoſitum ab Hæreticis Arrianis, ad peruertendum intellectum ſanum authoritatis præmiſſe de vnitate eſſentiali trium perſonarum.* Aduerte lector quod modò illa verba : *& hi tres vnum ſunt,*

leguntur in Vulgata, ſed quia S. Thoma viuente, dicebantur fuiſſe ab Arrianis in Sac. Textu appoſita, S. Thomas dixit: *hoc in veris exemplaribus non habetur*, quod æquiualentèr dixit Innocentius 3. in cap. *Damnamus*, ibi: *& tres ſunt qui teſtimonium dant in Terra ſpiritus, Aqua, & ſanguis, & hi tres vnum ſunt, ſicut in quibuſdam Codicibus inuenitur*; nam ſi exiſtimaſſet Pontifex in veris exemplaribus, quibus ille vtebatur, inueniri illa verba: *& hi tres vnum ſunt*, profectò non dixiſſet: *in quibuſdam Codicibus ea inueniri*, ſed in vero Codice, quo ipſe vtebatur; cum ergo innuat in ſuo Codice ea non inueniri, putandum eſt exiſtimaſſe ſuſpectos eſſe Codices, in quibus inueniebantur. Quapropter ad argumentum, quod ex illis verbis ſumebat Ioachinus Abbas, quia forte exiſtimabat à Sac. Textu eſſe aliena, Pontifex non reſpondit in illo cap. *Damnamus*, prout reſpondit ad omnia alia, quæ ex diuino Textu ab Abbate afferebantur. Hæc Pontificis præſumpta opinio, viuente S. Thoma vigebat, & Arrianæ perfidiæ Codices illa verba continentes fauere putabant communiter omnes, ſed modo ab Eccleſia vulgatus Bibliorum Textus editus conuincit à Spiritu Sancto illa verba dictata fuiſſe, & ea ad Sacrum Textum pertinere fides docet.

Ex

Digitized by Google

EX COMMENTARIO In Epiſtolas *Sancti Pauli Apoſtoli*.

CAP. 5. ad Romanos lec. 3. ly, *in quo omnes peccauerunt*, in aliquibus Codicibus hæc ſubiunxiſſe S. Thomas legitur: *vna excepta B. Virgine; quæ nullam contraxit maculam originalis peccati.*

Cap. 3. ad Galatas lect. 6. *Virum de mille vnum reperi, ſcilicet, Chriſtum, qui eſſet ſine omni peccato, mulierem autem ex omnibus non inueni, quæ omninò à peccato immunis eſſet, ad minus originali, vel veniali*, alibi: *Virum de mille reperi vnum, ſcilicet, Chriſtum, ſine omni peccato, de muliere vllam, ſcilicèt, quæ à peccato immunis fuerit, ad minus originali, vel veniali, excipitur puriſſima, & omni laude digniſſima Virgo Maria.* Henriquez apud Salazar in Tract. de Concept B. Virginis, cap. 42. ſæculo 13. in vetuſtiſſimis Codicibus ſupradictam lectionem ſe comprahendiſſe teſtatur, cum hoc addito: *excepta B. Virgine, quæ omninò immunis à peccato fuit originali, & veniali.* De hac lectio-

ne

ne dubitat Siluius in 3. p. quæſt. 27. ar. 2. editionis Antuerpienſis, apud Ioannem Keerbergium Anno MDCIIX. Verùm eam plures graues patronos ſemper habuiſſe certum eſt. Ibidem: *eos ſubijcent annis quadringentis triginta*, dele ly: *triginta*, nam in Vulgata non legitur.

LAVS DEO

Immaculatæ Virgini Deiparæ, ac Angelico Eccleſiæ Doctori Thomæ Aquinati.

IN

Digitized by Google

Digitized by Google

BVLLAE,

ET

BREVIA

PONTIFICIA,

DVO

QVOQVE SERMONES

CLEMENTIS

PAPÆ VI.

Quibus, præter adducta in Conſilio Authoris

In Veſtibulo huius operis expoſito, plenius oſtenditur quàm grata, & recepta ſemper fuerit in Eccleſia Catholica,

S. THOMAE

DOCTRINA.

Digitized by Google

Digitized by Google

BVLLA IOANNIS

Vigeſimi ſecundi

In Bullario Nouo Romæ impræſſo inter Conſtitutiones Ioannis XXII. XI.

Ioannes Epiſcopus Seruus Seruorum Dei *Venerabilibus Fratribus, Vniuerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filijs electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbiteris, alijsq; Eccleſiarum Prælatis, ad quos literæ iſtæ peruenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

REDEMPTIONEM miſit Dominus populo ſuo cum Dei Verbum in Virginalis Vteri thalamo Sancti Spiritus cooperatione conceptum, caro factum eſt, & habitauit in nobis, verbo ſuo nos inſtruens, exemplo docens, cœleſtia reſerans, occulta miraculis roborans, ac ſacri eloquij teſtimonijs futura eadem eſſe confirmans, tandem ſe Deo Patri in ara crucis hoſtiam acceptabilem offerens, peccata

Digitized by Google

noſtra pio cruore deterſit, deſcendenſque ad inferos, ac die tertia reſurgens à mortuis, & per quadraginta dies apparens diſcipulis, & loquens de regno Dei, ipſis cernentibus eſt eleuatus in Cœlum, & captiuam ducens captiuitatem dedit dona hominibus, quibus pateſcere Cœlum innotuit, reſerata dudum clauſa in ſe credentibus ianua Paradiſi. Patet ergo cœlum credentibus, patet humilibus, patet etiam ijs qui honeſtatis, paupertatis, & obedientiæ Votis, ſe Deo (à quo ſtulti per inobedientiam diſceſſerunt) voluntaria ſponſione deuouent. Regnum enim Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, dum proprijs ſubactis affectibus, violentia quadam ad ſuperiora conſcendunt.

Hæc igitur B. THOMAS DE AQVINO Ordinis Fratrum Prædicatorum S. Theologiæ Doctor, nobilis quidem genere, ſed nobilior conuerſatione, FAMA CLARIVS, VITA CLARISSIMVS, ſedula meditatione reuoluens, & attenta deliberatione diſcernens, dum adhuc infra pubertatis annos exiſteret, ipſius Ordinis Prædicatorum habitum ſuſcepit, in eo, (inuito etiam patre, qui eius fœlicibus actibus inuidebat) conſtantius manſit, ac in ipſo tandem regularem profeſſionem emiſit, vbi in breui adeò, ſcientia, vita, & moribus profecit, vt ætate adhuc iuuenis ad Sacerdotium promoueretur, & ad eiuſdem Theologiæ magiſterium, Pariſijs loco vtique celeberrimo aſſumptus, magno inibi ſui, ſuique Ordinis, ac Pariſienſis ſtudij fauore per multorum annorum curricula cathedram regeret magiſtralem. Quippe cum illi vita exiſtentiam, conuerſatio famam, doctrina pareret opinionem, opera diuulgationem, eademque tam breui confecta tempore admirationem meritò exhiberent, vt illud Pſalmi, *Rigans montes de ſuperioribus ſuis, de fructu operum tuorum ſatiabitur terra*, in eo veriſſimè impleretur, quod thema idem Sanctus, dum eſſet in ſacra pagina incepturus aſſumpſit,

Digitized by Google

pſit, quodque (vt fertur) reuelatione ſibi poſt ſuam orationem facta didicerat, dum propter iuuentutem ſuam ſe inhabilem ad magiſterium reputans, quid proponeretur in iſtanti principio hæſitaret. Nam & in primitiuis ſcientijs, & diuerſis Philoſophiæ partibus, vt non eſſet otioſus ſed operaretur terram; nec non in Sacræ Scripturæ pagina tam ſuper nouum quam vetus teſtamentum ſcripta, plurimaque alia Dei opera in Dei laudem fideique dilatationem, eruditionemque ſtudentium, clara (cum ſciens eſſet;) famoſa, (cum cognitus) NON ABSQVE SPECIALI DEI INFVSIONE PERFECIT. Doctrina quippè prudentium facilis, & omnino ſcientis ſignum eſt poſſe docere. Profecit vtique vir peritus à terrenorum ambitione ſemotus; & ad cœleſtium aſſecutionem intentus, perfecto vacans ſtudio, intendebat Deo, prætermittebat terrena, vt aſſequeretur æterna; præmittebat diuina vt roboraretur in ſchola; cum ſingulis diebus antequam lecturus aſcenderet cathedram, vel diſtraheretur ad alia, miſſam vnam celebraret, aliam audiret, vel duas integras Miſſas, ſi non celebraſſet, audiret, in quibus, & alias in oratione (cum in illa foret aſſiduus) lachrymarum effuſione mentis ſuæ dulcedinem deuotionemque Deo, cui nihil eſt abſconditum, reuelabat. Cumque caſtitatis nitore canderet, parſimonia deuota cuſtodiebat humilitatem, hanc eandem ſobrietate medica nutriebat, adeò vt multi eum in carne, virginitate manſiſſe incorruptum æſtimarent. Quod eiuſdem ſancti confeſſor ordinis memorati, qui longo tempore ipſius confeſſionem audierat, publicè (vt ad nos teſtimonio fide digno peruenit) coram omnibus die defunctionis eiuſdem aſſeruit dicens: ego confeſſionem generalem iſtius Sancti Viri audiui, de quo teſtificor quia ita inueni eum purum ſicut puerum quinque annorum, quia numquam ſuæ carnis ſenſit corruptelam. Qui præterea Vir Dei cibis religioſorum, viſtimentiſque communi-

Digitized by Google

munibus contentus, conuerſatione mitis, benignitate ſuauis, pietate miſericors, humilitate ſubiectus, cœteraque virtutum varietate redimitus, honorum ſupercilium, mulierumque cautius conſortia ſpernebat, non elatus, non præeminens, nec etiam diſputans (quod & interdum diſputanti ſolet eſſe commercium) iactator effectus, vt ampulloſis (etiamſi ſibi eadem inijcerentur ab alijs) in illo palæſtricæ ſyllogiſationis exercitio vteretur. Totus igitur Dei famulus diuinis operibus intentus, aut eruditioni, qua præcellebat, aut prædicationi, qua notus erat, aut orationi, qua deuotus, aut Scripturæ Sacræ, qua profundus, ſedulus vacabat, adeò vt præter naturalis neceſſitatis, aut quietis horas, nullum ſibi aut vix temporis ſpatiũ relinqueret otioſum.

Propinquante autem die, qua de hoc ſæculo migraturus eſſet ad Dominum, quaque deuicto triumphatoque mundo, in perpetuas æternitates accipiendus in patria: (*nam bonorum laborum glorioſus eſt fructus*) cum à fælicis recordationis, Gregorio Papa decimo prædeceſſore noſtro, ad Lugdunenſe Concilium diceretur eſſe vocatus, de Neapoli veniens, vbi tunc temporis more ſolito famosè legebat vt Doctor, & per maritimam tranſiens oram, cum ad Monaſterium Foſſæ nouæ Ordinis Ciſtercienſium Terracinenſis diœceſis parumper digreſſurus, per dies aliquot, antea ad ipſum vt illuc deferretur affectuosè depoſtulans, perueniſſet, intrans Monaſterium plenus Dei ſpiritu hæc verba protuliſse refertur: *hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam*. Quod verum eſse euentus edocuit, & ſacri corporis ſui illic facta tumulatio manifeſtat: cœpit enim illic in infirmitate grauari, eadem viribus paulatim deſtitui, infirmitatem tamen ipſam etſi dierum plurium, non impatienter tolerans, ſed æquanimiter totus vt erat humilis patientia ſupportans, qua ſibimet leniret infirmitatem, Deo obedientia placeret, miniſtris de ſe (quod non intendebat) aggeneraret reuerentiam, imitandæ quoque patientiæ præ-

præberet exempla; adeò quod eiuſdem Monaſterij foſſæ nouæ fratres inibi Deo deuotius famulantes, hæc in Sancto Viro religionis exempla contemplantes, illius tunc infirmantis corpore prompti obſequijs mancipati, quem vtique tanta refertum patientia fore cernebant, ſinguli ligna de Sylua, ſinguli quæque illi opportuna voluntarie proprijs humeris deferebant, non æſtimantes fore conueniens, vt brutorum animalium humeri importandis eidem rebus accommodis præſtarent obſequia, qui tantarum virtutum prærogatiua pollebat:

Cumque in eadem infirmitate (de qua obijt) Sanctiſſimi Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus, in cibum ſumendum ſibi, vt viaticum deferretur, totus profuſus in lacrymis, & dulci amore eiuſdem anima aſſueta dulcedine Dei liquefacta, inter cœtera multa decora, quæ protulit, hæc, vel ſimilia fidei, & deuotionis verba toto illius Monaſterij conuentu, multiſque dictorum Prædicatorum, & Minorum ordinum aſſiſtentibus fratribus eructaſſe refertur: Ego de iſto Sanctiſſimo corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti, & alijs Sacramentis multa docui, multa ſcripſi in fide Ieſu Chriſti, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cuius correctioni cuncta ſubijcio, cuncta ſuppono.

Recepto deindè ab ipſo eodem viuifico Sacramento, cunctiſque alijs Sacramentis Eccleſiæ debita veneratione cum lachrymarum effuſſione ſuſceptis, tertio die obdormiuit in Domino, cui credidit, quem amauit, & tota mentis affectione dilexit fidelis ſeruus, & prudens, non pertinax, non proprio ſenſui, aut prudentiæ innitens, & nulla de ſe ſcientiæ ſuæ opinione ſuperbus; nam qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria. Vnde ſapienter idem doctor atque humiliter (vt præfati ſumus) omnem ſuam verbo vel ſcripto Doctrinam ad eiuſdem Eccleſiæ fidei normam fideli deuotione reduxit, quam Petri ore diffuſam ſtabilem nouerat, & nullis concuſſionum flatibus agitandam, cum poſt veram deitatis Chriſti recognitionem, qua reſpondit: *tu*

Digitized by Google

es Chriſtus filius Dei viui, ab ipſo audire meruit: *tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, & alibi: *Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua*, dumque pro Petro Chriſtus rogat, pro eius Eccleſia intercedit.

Verum, quia dignum erat, & conſonum, vt quem Deus viuentem in hoc ſæculo tantis ſuis donis gratijsque perfecerat, aſſumptum in Cœlis Sanctificatum fore hominibus declararet; multis eundem Virum Dei poſt ipſius de hac vita tranſitum (licet, & antea non nulla feciſſe memoretur) magniſque fecit clarere miraculis, multis clariſque ſignis glorioſius coruſcare, vt illud pſalmi meritò, de ipſo dicamus: *ſcitote quia mirificauit Dominus ſanctum ſuum*, ſicque vita eius atteſtaretur miraculis, vt illius miracula vitæ teſtimonium perhiberent, de quibus pauca de multis in Dei laudem, & ſancti huius commendationem, & edificationem fidelium, idoneis apprbata teſtibus, præſentibus ſubnectemus.

Poſt ſeptimum namque menſem vel circa à die obitus ipſius Sancti Thomæ de Aquino, cum corpus eius. quod in capella Sancti Stephani dicti Monaſterij per idem tempus ſepultum extiterat, ad ſepulchrum eiuſdem primum, ſcilicet iuxta altare maius Eccleſiæ monaſterij antedicti, vndè ad tempus per Monachos eiuſdem Monaſterij timoris cauſa ſublatum fuerat, ne corpus ipſum omnino de dicto Monaſterio tolleretur, per translationem denuò exhumatum deferri exindè decreuiſſent; in apertura ipſius ſepulchri eiuſdem capellæ Sancti Stephani, tanta fragantis odoris ſuauitas emanauit, quod totam ipſam capellam, clauſtrumq; ipſius Monaſterij, quod diffuſum eſt, mira eadem ſuauitate repleuit, quæ de ipſius corpore (prout ex ſollicita curioſaque Monachorum indagine eſt repertum) mirificè fundebatur. Propter quod maiore per Monachos concepta ad ipſum deuotione, totus conuentus proceſſionaliter, (Priore tamen dicti Monaſterij cum quibuſdam ex

Mo-

Monachis paramentis, indutis) corpus ipſum ad præfatum primum eius ſepulchrum honorificè detulerunt. Hanc ſimilem fragrantiam poſt ſeptem annorum ſpatium quidam ex teſtibus, quidam vero poſt quatuordecim annorum ſpatium ſe ſenſiſſe referunt, dum corpus ipſum diuerſis ex cauſis per temporum vices ſedulò inſpexiſſent. Quippe odor carnis eius munditiam Deo acceptam exprimebat, orationum eius odoramenta repræſentabat famam quoque eius claram, diffuſione virtutum, & illarum aromatum non celabat.

Quidam arte Chirurgicus, ſed per decennium infirmitate podagricus, ita quod ire per ſe vel ambulare nequaquam abſque baculorum ſuſtentatione aut aliorum ſuffragio poterat; ſe Deo, & Beato Thomæ deuouens, iuxta eius tumulum incumbens, (oratione facta) ſanus proſilijt, & currens ac Deum laudans, quod meritis eius eſſet de tam longæ infirmitatis languore curatus.

Alter quidam ex horribili quadam viſione phantaſmatis timiditate percuſſus, pedibus manibuſque contractus fuit, & ore ac facie diſtortus, ſenſibus carens, & omni virtute deſtitutus, ita quod loqui non poterat, ſed mortuo ſimilis videbatur, adeò vt ignem eius membris admotum nullatenus ſentiret; portatus ad tumulum illius, poſt morulam liber, & ſanus omnino ab ipſo ſepulchro ſurrexit.

Alius dum non deuotè de Sancto ſentiret, virtutem Dei in Sancto, in ſe duplicem eſt expertus: infirmitatis, dum contemnit, ſanitatis dū à contemptus culpa diſceſſit; nam cū ſibi deuotionis cauſa à quodā capellano plures venerandæ reliquię monſtrarentur, ipſe quoq; oſtenſor prætioſiores adhuc ſe habere reliquias, videlicet manū Fratris Thomæ de Aquino fateretur, illicò hunc deriſoriè de ijs triumphantem, cum eas videre non curaret dicens: Sanctus non eſt, ſed quidam Ordinis Prædicatorum Frater, tremor eum appræhendit, & caput eius ad modum magnæ ciſtæ groſſum, & valde ponderoſum

Digitized by Google

ſibi eſſe videbatur. Sed infirmitate correptus, & pœnitens, ſimulque de ſua incredulitate dictiſque deplorans, dum veniam à Sacerdote petitam obtinuit, reuerenter manum eiuſdem Sancti deoſculans, confeſtim à tremore, & inflatione capitis liberatus euaſit, ſenſitque progredientem, vt retulit, maximum ex dicta manu ſuauitatis odorem; qui odor cum ipſius curat i capitio perſonæquæ ex tactu manus eiuſdem per magnum tempus inhæreret, multis eundem poſtmodum percipientibus, ſciſcitantibusque, quid eſſet hoc ſigno narrare quod acciderat (etſi nolens) miraculum cogebatur.

Notarius quidam dum ad menſam ſanus accederet, ſurgens ab illa graui ſquinantiæ infirmitate correptus eſt, duobus diebus propterea linguam mouere non potuit, & loquelam amiſit. Cumque multa medicorum remedia ei adhibita, quin eadem infirmitas in augmentum procederet, non prodeſſent, imo de illo deſperarent: ad ſanctum conceptam deuotionem vt ad tumulum eius deferretur, quem lingua non valebat, manus ſuæ ſcriptura deprompſit. Verum cum illuc repugnante vxore ſua (quia mulieribus præfati Monaſterij Eccleſiam ingredi non liceret) nequaquam duceretur, ipſe ſic infirmus aduertens intra ſeipſum, eidem beato viro ſe vt liberaret affectuoſius commendauit. Cœpit ex tunc linguam ducere, meliorari, & conualere, & breui temporis interuallo perfectè curatus fuit.

Dum alius quidam per ſeptem hebdomadas & vltra, febre quotidiana, malo hepatis & ſtomachi affligeretur, quadam die Veneris cum peius haberet, auditis quibuſdam miraculis, quæ per virum Dei facta eſſe dicebantur, cum ſe ad ipſum deuotius ſequenti die Sabbathi de ſero, vxoris ſuæ ſuaſibus, eaque præſente deuouiſſet: die Dominicæ proximo in mane ſe præfatis infirmitatibus plenè reperit liberatum.

Mulier quædam cum filium ſuum duorum menſium decumbentem periclitari non immeritò formidaret, pro eo

præ-

Digitized by Google

præſertim quod per menſes quatuor ex ſurditate adeò grauata eſſet, vt decies exclamata vagientem etiam puerum vix audiret, Viri ſui inductione, qui mæſtus vna cum illa communis filij periculo condolebat, prædicto viro Dei vt eam ab eadem infirmitate eriperet, obnixius deuouit Emiſsoque voto cum nocte ſecuta dormiſſet, in craſtinò ſe liberatam ſancti meritis reperit vt optabat,

Puella gutturis ſui fauces ſquinantiæ habens infirmitate conſtrictas, in tantum vt ne quid ſumere ſolidum aut liquidum valeret, & anhelitus ſibi meatus vt vix reſpirare poſſet includeretur: dum deuotè ſe beato viro à matre perſuaſa commendaret, ductaque foret in craſtinum ad dictum Monaſterium Foſſæ nouæ, ſuperpoſitis gutturi ſuo Viri ſancti reliquijs in quadam capſa delatis, confeſtim melioratam ſe ſenſit, panem comedit, perfecteque ſanata redijt.

Quidam præfati Monaſterij Foſſæ nouæ Conuerſus adeò grauem in brachio dextro, & ſpatula dolorem patiebatur, vt ipſum brachium quod per trium menſium cum dimidio ſpatium detulerat ſuſpenſum ad collum, ei eſſet inutile, dolore præſertim vehementer afflictum. Quod cum requiſitum medicorum remedium non haberet, & amplius dolore grauaretur, dum dicto Sancto pro ſua liberatione ſe quodam emiſſo Voto comendaſſet, ſeque ſupra eius tumulum poſuiſset: ibidem oddormiuit ac excitatus deinde à quodam dicti Monaſterij Monacho, brachio quod linteo prius habebat iucumbens collo adhuc dependenti extractum ab eo reperit, excitatorumque à ſomno more, dum ambas manus capiti ſuo vt ipſum ſcalperet apposuiſſet, ſe liberatum intellexit, ac aſtantibus quod notum fuerat miraculum reuelauit.

Infans quidam quatuor annorum tumorem, & ruborem in coſtis, & crure vſque ad pedem patiebatur adeo afflictiuum, vt nec à matre ſua, vel alio ſine læſione, & clamore ſuo aliquatenus tangi potuiſſet; mouere ſe non poterat; & per menſem in tanto dolore, & anxie-

tate fuit, à medicis ſpes curationis eius ſine inciſione pueruli non inueniebatur, illaque ſi fieret, perpetuò eum in perſona futurum impeditum, mæſtis amaritudine mentibus nunciabat. Deficiente natura, artiſque ſuffraggio non inuento, recurſum eſt ad Deum, qui glorioſus eſt in Sanctis ſuis, faciens prodigia; nam mater infantuli, quæ ipſum diligebat vt mater, eum B. Thomæ deuotius commendauit vt à dicta infirmitate ſine inciſione ſuis meritis liberaret. Delatus eſt puer ad Monaſterium, poſitus ſuper tumulum Sancti, poſt aliquantulam moram ſanus inde ſurrexit.

Hæc ſunt igitur, teſtimonia tua Deus, quæ de hoc Viro iuſto nobis credibilia facta ſunt nimis: nam ſi teſtimonium hominis accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. Quò animam enim cœlum poſſidere iam credimus, intercesſorem ipſum expectamus; ac inter Sanctorum agmina, quaſi ſtellam matutinam confidimus eſſe locatum. Vnde fidem tuam in nobis bonè Ieſu nutris, ſpem erigis, dilectionis charitatem accendis. Lætetur itaque Mater Eccleſia, exultet Italia, parens Campania iucundetur, Prædicatorum Sacer ordo iam iubilet, Religioſorum deuotio concrepet, Doctorum turba complaudat, Animentur ad ſtudia iuuenes, prouecti non torpeant, ſenes delectentur in illis, omnes in humilitate proficiant, prouecti contemplationem non deſerant, mandata Dei ſeduli exequantur. Nam dedit illi Deus cor ad præcepta, & legem vitæ, & diſciplinæ, & ſapientia humilitati exaltabit caput illius. *In medio Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus Spiritu ſapientiæ; & intellectus, ſtolam gloriæ induit eum:* nam, veritas (quæ eſt Chriſtus) ipſa veris non fictis doctoribus pollicetur: *qui elucidant me, vitam æternam habebunt*. Quamuis ipſe verus iuſtitiæ ſol ſtellarum illuſtratione non egeat, nec illarum irradiatione, cum illuminentur ab ipſo, clareſcat: Habitat enim lucem inacceſſibilem, qui eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius: idcircò tenebris non obſcura-

tur

Digitized by Google

tur vt deficiat, aut nebulis offuſcatur vt ſuæ claritatis radios non diffundat.

Cæterum, quia rationis ordo depoſtulat vt triumphantem in cœlis Eccleſiam deuota in terris militans ſubſequatur, illum veneratione præcipua percolat, quem in cœleſtibus agminibus poſitum Deum glorificare cognoſcitur.

Nos de ſanctitate vitæ ac miraculorum veritate, confeſſoris eiuſdem non ſemel tantum, ſed primò & ſecundò; non feſtinè, ſed maturè inquiri fecimus: & per nos etiam, & Fratres noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales inquiſitionem huiuſmodi exacta diſcuſſione examinauimus diligenter, vt tanto firmius, quanto maturius, tanto certius, quanto diſquiſitius inquiſitum, & examinatum exiſteret, in ſic arduo difficilique negotio procedere valeremus. *Difficile* namque æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt inuenimus cum labore; quæ autem in Cœlis ſunt quis inueſtigabit? Cumque per huiuſmodi noſtram, & eorundem Fratrum noſtrorum examinationem ſollicitam, & ſollicitudinem examinatam, vitam eius ſanctam, & miracula vera eius meritis facta probata eſſe conſtiterit, & ſupplicantibus nobis idipſum humiliter, & deuotè multis tunc Prælatis apud ſedem Apoſtolicam exiſtentibus: de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, authoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ac noſtra, eum Sanctorum Confeſſorum catalogo duximus adſcribendum.

Ideoque Vniuerſitatem veſtram monemus, & hortamur attentè per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus nonis Martij feſtum Confeſſoris eiuſdem deuotè ac ſolemniter celebretis, & faciatis à veſtris ſubditis veneratione debita celebrari, vt pia eius interceſſione, & hic a noxijs protegi, & in futuro ſempiterna gaudia conſequi valeatis.

Vt autem ad venerabile eius ſepulchrum ardentius, & af-

fluen-

Digitized by Google

ſluentius, Chriſtiani populi confluat multitudo, ac celebris eiuſdem Confeſſoris colatur feſtiuitas, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui cum reuerentia illic in eodem feſto annuatim acceſſerint ipſius ſuffragia petituri, de omnipotentis Dei miſericordia, & eorundem Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi, vnum annum, & quadraginta dies: accedentibus vero annis ſingulis ad prædictum ſepulchrum infra ſeptem dies feſtum ipſum immediatè ſequentes centum dies de iniuncta ſibi pœnitentia relaxamus; Datum Auinioni 15. Calendas Augusti Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Digitized by Google

B V L L A
V R B A N I
QVINTI

Ex Codice Archiuij Vaticani, poſtquam ibi Author huius Manualis proprijs oculis eam vidiſſet, & legiſſet, ad verbum tranſcripta.

VENERABILI Fratri Archiepiſcopo Tholoſano, & dilectis filijs Cancellario Eccleſię Tholoſ., vniuerſisque Magiſtris, & Rectoribus, cœteriſq; Clericis, & Laicis in Ciuitate, & Prouincia Tholoſana commorantibus ſalutem &c. Laudabilis Deus in Sanctis ſuis, in ſui maieſtate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo Prouidentiæ nullis incluſa limitibus, nullis terminis compræhenſa, recti cenſura iudicij cœleſtia pariter, & terrena diſponit, etſi cunctos eius mi-

miſtros magnificet, altis decoret honoribus, & Cœleſtis efficiat Beatitudinis poſſeſſores, illos tamen vt dignis digna rependat, potioribus attollit inſignijs dignitatum, & præmiorum vberiori retributione proſequitur, quos digniores agnoſcit, & commendat intentior excellentia cunctorum, ſic & alma Mater Eccleſia eius Sacra Veſtigia inſequens, & exemplo ducta laudabili, licet vniuerſos in Regnis Cœleſtibus conſtitutos ſtudijs honorare ſollicitè non deſiſtat, egregios tamen Doctores, per quorum prælucida, & ſalutaria documenta eadem Eccleſia illuſtratur, virtutibuſque, & moribus informatur, libenter, & ſolerter inſequitur, quæ ſunt Dei, præmiſſa debita meditatione perluſtrans ad Diuini nominis honorem, gloriam, & exaltationem Catholicæ fidei, ſalutemque fidelium ritè cenſuit, mireque prouidit eoſdem in vniuerſali Eccleſia honorificentiæ potioris impendijs attollendos: Sanè cum Sacrum, & Venerabile Corpus Beati Thomæ de Aquino Ordinis Fratrum Prædicatorum ſit de mandato noſtro ad Eccleſiam Fratrum Prædicatorum Tholoſanam de proximo transferendum; Nos attendentes quanta à Deo ſcientiæ doctrina Ordinem Fratrum Prædicatorum, ac Vniuerſalem Eccleſiam illuſtrauit, ac B. Auguſtini veſtigia inſequens Eccleſiam eandem doctrinis, & ſcientijs quamplurimis adornauit; Volenteſque propterea idem Corpus ſpeciali honorificentia attolli, Vniuerſitatem veſtram requirimus, & hortamur in Domino Ieſu Chriſto, Vobis nihilominus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus dictũ Corpus, cum ad partes eaſdem transferetur, benigne & honorificè ſuſcepientes, eumque deuote ac venerabiliter pertractantes, faciatis ab alijs quantum in vobis eſt cum debita honorificentia, ac deuotione ſuſcipi ac tractari. Volumus inſuper, & tenore præſentium vobis iniungimus, vt dicti Beati Thomæ doctrinam tamquam benedictam, & Catholicam ſectamini, eamque ſtudeatis totis viribus ampliare. Datum apud Montem Flaſconem in Kal. Septembris Pontificatus noſtri anno 6.

BVL-

BVLLA
Pij Quinti
Ex Codice Archiuij Vaticani ad verbum tranſcripta, ab Authore huius Manualis ibi lecta oculis ſuis.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, qui ſe daturum illos in laudem, & gloriam, & honorem prophetæ ore promiſit, vt quos ſicut ſol in conſpectu ſuo fulgentes ob merita ſanctitatis coronat de Cęlo, admirabiliter etiam honoraret in ſæculo, & in eo, quod illis tribui iubet laudis, & venerationis officio, debitum quoque maieſtati ſuæ honorem, & gloriam agnoſceret. Quorum non modò vitam, ſed mortem, ſepulchra, monumenta, reliquias, & imagines ad catholicæ fidei confirmationem, & ad confuſionem hæreticæ prauitatis, vt fęliciùs etiam quam in præſenti vita doceret viuere mortuos, qui in Domino moriuntur, ſæpiſsimè dignatus eſt decorare, & illuſtrare miraculis.

Digitized by Google

Ex quo ſanctorum laudabili numero, qui catholicam veritatem corde, opere, & ore roborarunt, *Angelici Doctoris* S. Thomæ de Aquino Ordinis Fratrum Prædicatorum in Cœlum aſſumptio multis ante annis orbi terrarum, & diuinis, & proprijs eſt comprobata teſtimonijs. Nam & miraculorum ſignis, quibus ſerui ſui Thomæ perpetua veræ pietatis opera nobilitare voluit inexhauſta Dei benignitas, & certiſſima Chriſtianæ regula doctrinæ, qua S. Doctor *Apoſtolicam Eccleſiam infinitis confutatis hæreſibus illuſtrauit*, adductus fælicis recordationis Ioannes vigeſimus ſecundus prædeceſſor noſter, illo in Sanctorum numerum relato, eius diem feſtum nonis Martij, quo die nunc etiam colitur, anniuerſario honore celebrari iuſſit.

Sed quoniam omnipotentis Dei prouidentia factum eſt, vt *Angelici Doctoris vi, & veritate doctrinæ, ex eo tempore, quo cœleſtibus ciuibus adſcriptus fuit, multæ, quæ deinceps exortæ ſunt hæreſes, confuſæ, & conuictæ diſſiparentur*; quod & antea ſæpe, & liquido nuper in Sacris Tridentini Concilij decretis apparuit; eiuſdem memoriam, cuius meritis orbis terrarum *à peſtiferis quotidie erroribus liberatur*, maiore etiam quam antea grati & pij animi affectu colendam ſtatuimus. Quod officium noſtrum præter beneficia ex illius ſalutari diſciplina in diem magis profecta in Sacroſanctæ Eccleſiæ filios, ad quorum paſtoralem paternamque curam Dei benignitati humilitatem noſtram placuit euocare, poſtulat etiam aliqua ex parte eiuſdem Ordinis Prædicatorum communio, & ſocietas, vnde, licet imparibus meritis, nos etiam tamquam ex fonte profluximus.

Itaque primum vt in Ciuitate, & Regno Neapolitano, quod in eam Prouinciam, quæ ad ſalutarem omnium gentium inſtitutionem ex nobiliſſima familia Aquinate clariſſimum hoc dedit Eccleſiæ Dei lumen, tantum indè laudis decoriſque diuina bonitas redundare voluerit, de venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ

manæ

manæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio atque vnanimi aſſenſu, ipſa die Nonarum Martij, qua præſtantiſſimus Doctor migrauit in Cœlum, poſthac ſemper vniuerſi vtriuſque ſexus ab omnibus vetitis ac ſeruilibus operibus laboribuſque abſtinentes, feſtum diui Thomæ ſolemniter ſub duplici maiori officio, ſicut cœteras eius generis ſolemnes feſtiuitates, quæ de ipſius Eccleſiæ præcepto ſeruantur, in alijs autem orbis terræ partibus, quemadmodum Sanctorum quatuor Eccleſiæ Doctorum feſtiuitates piæ memoriæ Bonifacij Papæ octaui etiam prædeceſſoris noſtri præcepto celebrantur, ſic eundem feſtum diem Sancti Thomæ in perpetuum poſthac omnes item vtriuſque ſexus Chriſti fideles celebrent, & venerentur, Apoſtolica authoritate ſtatuimus ac ſancimus.

Vt vero etiam memoriæ S. Doctoris maiori ſtudio ac pietate cultus, & debita veneratio adhibeatur, de omnipotentis Dei, ac Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui in ipſo S. Thomæ feſtiuitatis die Sacellum, vel Altare in Eccleſia S. Dominici Neapolitani ſitum, in quo *Scriptoris Angelici doctrina Saluatoris crucifixi ore* (ſicuti pia teſtatur hiſtoria) *mirabiliter probata fuit*, à primis eius diei veſperis vſque ad occaſum ſolis deuotè viſitauerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas.

In cœteris autem orbis terræ partibus, ijs, qui eundem feſtum diem vt præfertur ſolemniter celebrauerint, & ad Eccleſiam, quæ apud eos fuerit, vel ſacellum, aut altare ſub eiuſdem S. Thomæ inuocatione piè ac deuotè acceſſerint, quoties id fecerint, toties centum dies de iniuncta ipſis pœnitentia, per præſentes litteras in perpetuum valituras, quas ſub alijs cuiuſcumque generis, indulgentiarum conceſſionibus, & illarum reuocationibus nullo modo comprahendi volumus, miſericorditer in domino relaxamus.

Et quia difficile eſſet has ipſas litteras ad ſingula orbis terrarum

rarum loca peruenire, volumus & authoritate Apoſtolica decernimus, vt earum exemplis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati munitis, vbique locorum & gentium, in iudicio & extra, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ijs ipſis ſi exhibitæ eſſent iure ab omnibus adhiberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, voluntatis, relaxationis, ſtatuti, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, tertio Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

BREVE

Digitized by Google

BREVE CLEMENTIS OCTAVI

Ad deputatos è Ciuitate Neapolitana.

CLEMENS PAPA OCTAVVS.

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

IN quo nos Paſtoralis officj noſtri cura excitati elaboramus, tantopere vt hominum cogitationes omnes ad cultum diuinum, atque ad Sanctorum venerationem intendantur, in id vos ſponte ferri cum videamus, inenarrabili certè lætitia, in Domino exultamus. Gratia Dei facitis id quod facitis, & gratia Dei in vobis vacua non eſt: tum donis cœleſtibus cumulati, gratos vos exibetis, me-

Digitized by Google

memoreſque beneficiorum; aucta in Deum pietate, atque in Sanctos eius reuerentia. Quarum quidem cogitationum vt authorem verum Deum maximè oportet agnoſcere, ita etiam affirmandum eas ipſas pijs præcibus eorum, in quorum tutelæ ciuitas iſta eſt adſcita, diuinæ maieſtati acceptas eſſe magis.

Proindè piè prudenterque cogitatis de nouo ciuitati patrono adſciſcendo, ciue veſtro, *diuinæ voluntatis Angelico interprete, vitæ ſanctitate, & miraculis claro Thoma Aquinate*: cuius doctrinæ tantum fuit tributum, vt Chriſtianæ eruditionis ſuæ diuinum etiam illud habeat teſtimouium BENE DE ME THOMA SCRIPSISTI. Tali vos, tantoque deprecatore, quia iure arbitramini diuinos theſauros facilius vobis poſse patere, ſuppliciterque ac demiſsè rogatis, vt ad reliquos patronos iſtius ciuitatis, is quoque adiungatur: Nos authoritate noſtra Apoſtolica pium, ſanctumque iſtud veſtrum conſilium probamus, vobiſque vt id liceat concedimus. Quod ſi quid & preces noſtræ valent, pro vobis etiam humillimè ſupplicamus, vobis idem vt præſto ſit, veſtraſque orationes pio'è corde profectas porrigat diuinæ maieſtati, curetque vt vobis ſint eædem ſalutares. Vnum id monemus, ciuitatem iſtam tamquam nouo ſponſo è cœlo venienti occurrere; [oportere] circumdatam monilibus ſicut ſponſam ornatam viro ſuo; vt ille veſtimentorum, hoc eſt, bonorum operum odore ſuauiſſimo captus, charitatis vinculo ſponſæ adhæreat arctiore. Ratum id habeat, qui bonus omnibus propitius eſt Deus, & quam nos ad augendam pietatem veſtram vobis nunc benedictionem noſtram impartimur, ſua idem ſanctiſſima gratia proſequatur cumulatiſſimè. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die 22. Nouembris 1603. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Digitized by Google

Eiuſdem Pontificis Breue ad Proregem Neapol.

Dilecto filio nobili Viro comiti Beneuentanorum in Regno Neapolitano Proregi.

CLEMENS
PAPA VIII.

Dilecte fili, nobilis Vir, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

QVANTVM prodeſſe poſſunt qui præſunt alijs vitæ integritate, & pietate, licet id ex tua nobilitate facile conijcere; quippe omnes animi conatus ad Dei gloriam, atque publicam vtilitatem cum tu dirigas: tacita tui emulatione populos ad eos imitandos, atque ad eorum normam, vitam, moreſque formandos inflammas. Erat quidem antea multo optandum vt ciuitas iſta pietati im-

primis

primis dedita, nouum patronum ad reliquos, quos habet, addendum curaret Thomam Aquinatem, *cuius diuino eloquio, & cœleſti doctrina, miraculiſque illa quidem illuſtris meritò apud remotiſſimas nationes ſummà Chriſtiani nominis cum laude atque Eccleſiæ vtilitate celebratur*. Verum id tuæ debebatur virtuti vt Sanctum conſilium, & ſi acceptum Deo referre oporteat, à quo quidquid boni agimus, ac cogitamus proficiſcitur, ex quo noſtra omnis ſufficientia emanat, tuum tamen in eo etiam ſtudium laudaretur. Quo factum eſt vt multorum ſopita penè pietas te procurante excitetur, atque in oculis omnium, immo in Dei conſpectu appareat altior à terra, atque eximior. Et nos ſolemus, vt decet, ſemper fauere ſupplicationibus; ſed huic certe ardentiori quadam voluntate annuimus, quod *& nos ipſi Angelico huic Doctori, & noſtro, & totius Chriſtianæ Eccleſiæ nomine plurimum debemus*, & tua in eum extat pietas ſingularis. Hoc igitur patrono vna cum alijs vtatur ciuitas; hunc in rebus ad vſum vitæ, ad ſalutem animarum neceſsarijs, fautorem, atque adiutorem imploret; noſtrique ſaltem, & tui, qui id ipſum optas tantopere, publiciſque, & priuatis præcibus teneat memoriam, colatque beneficij accepti recordatione perpetua. Firmum hoc, quod nos authoritate Apoſtolica, & benedictione noſtra habemus, firmius faciat Deus ſua gratia, & benedictione Sanctiſſima. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die 22. Nouembris 1603. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Aliud

Aliud eiuſdem Pontificis Breue.

Dilectis filijs nobilibus Viris Ciuitatis Neapolitanæ deputatis.

CLEMENS
PAPA VIII.

Dilecti filij nobiles, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

SICVT Angeli in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, ineffabili Dei Prouidentia non modo ſingulorum hominum curam gerunt, verum etiam ipſis Vrbibus, & Prouincijs præſident; ita Sancti cum Chriſto regnantes, qui vitam meruerunt Angelorum, non ſolum priuatos quoque homines ſuis orationibus adiuuant, ſed publicas Ciuitates, & Regna continua protectione defendunt. Sunt enim communes generis hu-

mani cuſtodes, & legati apud Deum potentiſſimi. Sunt cunei ineſpugnabiles, & noſtræ ſalutis Præſules, qui ſecretorum conſcij diuinorum, familiarius clementiam Dei pro noſtris exorant laboribus, & nequiſſimi Demonis inſidias, ac conatus ab omnibus diuina virtute depellunt. Verum quo plures numero, ac meritis præſtantiores ſunt, qui pro ſalute hominum in cœleſtibus regnis apud Deum intercedunt, eò homines ipſi deſiderata bona facilius impetrant, & impetratis diutius perfruuntur. Cum igitur in iſto nobili Regno plurimi olim ſanctitate, miraculis, & doctrina inſignes viri claruerint, qui vniuerſam Eccleſiam Dei ſuarum virtutum ſplendore illuſtrarunt; inter hos autem Sancti illi Aſprenus, Ianuarius, Arippinus, Seuerus, Athanaſius, alijque complures tum Epiſcopi, tum Abbates præcipuè floruerint, quos meritò hæc veſtra Ciuitas certos ſibi patronos adoptauit. Cnmq; ſuperiorum temporum memoria, Sanctus Thomas Ordinis Prædicatorum Doctor Angelicus ex antiqua, & nobili Comitum de Aquino familia oriundus, ſimiliter in eodem regno *tum ſanctitatis, ac miraculorum gratia, tum doctrinæ laude clarus extiterit*; laudabili conſilio eadem Ciuitas illum cœteris patronis ſuis adiungendum ſtatuit. Hic ſiquidem honor *Eius virtutibus cum admirabili doctrina coniunctis iure optimo debetur; Ac doctrinæ quidem teſtis eſt ingens librorum numerus*, quos ille breuiſſimo tempore, in omni ferè diſciplinarum genere, ſingulari ordine ac mira perſpicuitate, SINE VLLO PRORSVS ERRORE conſcripſit: in quibus conſcribendis interdum Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum colloquentes, locoſque illi quoſdam Dei iuſſu enarrantes habuit, & quos deinde conſcriptos, expræſſa Chriſti Domini voce comprobatos audiuit. Cum autem illi nunc peculiare eiuſdem veſtræ Ciuitatis Patroni nomen accedat, ſperandum eſt fore vt rationem perfectæ charitatis, qua Deo propinquior eſt, & patrocinij ad quod eligitur,

vobis

vobis magis proficiat precibus, quod eiuſdem ante dicta doctrina, eximiæ virtutes, & ſumma præſertim qua ſemper excelluit humilitas, hunc ipſum honorem poſtulaſſe videntur. Quapropter cum ille tam religiosè ac demiſsè ſemper de ſe ipſo exiſtimauerit, vt inter cœtera oblatum à fælicis recordationis Clemente Quarto Romano Pontifice, prædeceſſore noſtro Ciuitatis veſtræ Archiepiſcopatum inſigni cum modeſtia recuſauerit: meritò Deus hoc tempore vobis in animum induxit, vt eum qui cum in terris eſſet, vobis ad ſummam humilitatem præeſſe noluit, nunc cum in Cœlis eſt, propter eiuſdem ſanctitatem in numerum veſtrorum patronorum adſciſcatis: Qua quidem in re nos pietatem & conſilium veſtrum plurimum in domino commendantes, electionem à vobis factam authoritate Apoſtolica, tenore *præſentium* approbamus; illique noſtræ & Apoſtolicæ confirmationis robur adijcimus: & vt in poſterum idem S. Thomas, inter Ciuitatis veſtræ patronos connumeretur, vtque etiam ab vniuerſo Clero Sæculari, & Regulari vtriuſque ſexus cuiuſuis Ordinis eiuſdem Ciuitatis officium de ipſo S. Thoma tamquam de patrono, publicè & priuatim recitari debeat, perpetuo ſtatuimus, ac præcipimus, ac mandamus. Sicque ab ipſis & alijs ad quos ſpectat obſeruari debere, irritumque & inane quidquid ſecus ſuper his, à quoquam, quauis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quo circa Deum bonorum omnium authorem, & parentem vobis omnibus præcamur, vt meritis quoque ac precibus huius veſtri noui protectoris, omnes humani generis hoſtis inſidias à vobis longè repellat, ciuitatem in pace cuſtodiat, & vniuerſum Regnum cœleſti benedictione tueatur.

P 2 BREVE

Digitized by Google

BREVE
PAVLI V.

Paulus Papa V.

Ad perpetuam rei memoriam.

S*PLENDIDISSIMI Catholicæ fidei athletæ, Beati Thomæ Aquinatis, cuius ſcriptorum clipeo militans Eccleſia hæreticorum tela fæliciter elidit*, honores & venerationem in dies magis magiſque augeri plurimum in Domino gaudemus, & ijs, quæ ad illius honorem deuote ſancitã ſunt, vt firma, & illibata permaneant, libenter Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus. Alias ſiquidem poſtquam dilecti filij deputati, & electi ciuitatis

tatis

tatis Neapolitanæ, præter Sanctos Ianuarium, Athaſium, Aſpremum, Arippinum, Seuerum, Euſebium, & Anellum dictæ Ciuitatis certos patronos etiam Sanctum Thomam Ordinis fratrum Prædicatorum Doctorem Angelicum, ex nobili Comitum de Aquino familia oriundum, cuius natalibus prædicta Ciuitas originem dedit, quique in nobili Regno Neapolitano, *cum ſanctitatis, & miraculorum gratia, tum doctrinæ laude clarus extitit*, dictis Sanctis patronis laudabili conſilio adiungendum duxiſſent, fælicis recordationis Clemens Papa Octauus, prædeceſſor noſter dictorum deputatorum, & electorum pietatem, & conſilium plurimum in Domino commendans, electionem ab ipſis factam per ſuas in ſimili forma breues litteras Apoſtolica authoritate confirmauit, & vt in poſterum idem Sanctus Thomas inter cœteros Ciuitatis præfatæ Sanctos Patronos connumeretur, atque etiam ab vniuerſo Clero Sæculari, & Regulari vtriuſque ſexus cuiuſuis ordinis eiuſdem ciuitatis, officium de ipſo S. Thoma tanquam de Patrono publicè, & priuatim recitari deberet, perpetuò ſtatuit, & præcepit, ac anniuerſarium diem translationis brachij dicti B. Thomæ ex Eccleſia S. Dominici ad Eccleſiam Metropolitanam factæ, qui vigeſimus Menſis Ianuarij fuit, tanquam feſtum de præcepto, & duplici Officio in Ciuitate, & Diœceſi Neapolitana celebrandum eſſe ordinauit. Cumque ſubindè compertum fuiſſet, ſub eundem diem vigeſimum Ianuarij, fæſtum diem S. Sebaſtiani Martiris cadere, qui pariter duplici Officio celebratur, & ea propter eodem die feſtum translationis huiuſmodi modo præmiſſo celebrari non poſſe: nos eorundem deputatorum, & electorum ſupplicationibus nobis tunc porrectis inclinati, per alias noſtras ſimiles litteras, celebrationem anniuerſarij duplici officio in Ciuitate, & Diœceſi Neapolitana ſingulis annis faciendam, iuxta ritum Breuiarij Romani, in diem decimam nonam Ianuarij tranſtulimus, vtque

in Ciuitate, & Diœceſi prædictis, ſingulis annis in perpetuum die decima nona Ianuarij feſtum tranſlationis brachij S. Thomæ de Aquino ad præſcriptum Breuiarij Romani ritum celebrari poſſit, conceſſimus, & indulſimus, & cœtera 17. Decembris 1607.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

EX

Digitized by Google

EX BREVI SANCTISSIMI

Domini Noſtri

ALEXANDRI PAPÆ VII.

Ad Achademiam Louanienſem Anno 1660. Die 7. Auguſti.

NON dubitamus quin vos, pro ſingulari ſcientiæ pietatiſque ſtudio, ſanam, & incorruptam, qualem tot Apoſtolicæ ſedis declarationes, & Sanctorum Patrum traditiones requirunt, doctrinam ſemper amplexturi, & aduerſus Orthodoxæ Religionis hoſtes defenſuri ſitis. Nec non præclariſſimorum Eccleſiæ Catholicæ doctorum Auguſtini, & Thomæ Aquinatis inconcuſſa, tutiſſimaque dogmata

Digitized by Google

dogmata ſequi ſemper, vt aſſeritis, ac impensè reuereri velitis, quorum profectò Sanctiſſimorum Virorum penes Catholicos vniuerſos ingentia, & omnem laudem ſupergreſſa nomina noui præconij commendatione non egent &c.

In ſuo nodo Indiſſolubili impræſſo Bruxeles 1661. proſcripto Romæ à S. Indicis Cong. 1665. P. Petrus Alua de Aſtorga Ord. Min. Nodo 4. pag. 393. ex Clementis VI. ante Pontificatum Petri Rogerij Card. Rothomagen. Sermone primo de S. Thoma Aquinate, qui incipit, *Docebat eos de Regno Dei Matth.* 21. exiſtente in Bibliotheca Fochettana Pariſijs, tranſcripſit hæc, quæ ſequuntur.

Scripſit enim (S. Thomas) ad litteram tot, & tanta, tam profunda, & alta, quod mirabile eſt, quod ad hoc potuit ſufficere tempus vitæ ſuæ; vndè videtur impoſſibile, niſi fuerit à Spiritu Sancto, & de eodem dicamus, quod ſcribitur Eccl. 12. *Cum eſſet ſapientiſſimus docuit populum, quæſiuit verba vtilia, conſcripſit ſermones veriſſimos, & veritate plenos.* Et videtur quod doctrina iſtius Sancti oſtendatur eſſe vera ſupra omnes doctrinas Doctorum modernorum ex duobus &c. Talentum enim ſibi creditum liberaliter communicauit; neſciuit enim æmulationis, & falſitatis, ac vacuitatis vitium; quinimmò fuit oraculorum, & ſecretorum naturalium, & ſupernaturalium enucleator conſpicuus &c.

Item in alio ſermone exiſtente vbi ſupra, qui incipit *Ecce plusquam Salomon hic*, idem Clemens VI. ſeu Petrus Rogerius Card. de S. Thoma ſcripſit eodem Petro Alua in dicto Nodo 4. pag. 396. referente, ſequentia.

Doctor noſter S. Th. Salomoni meritò coequatur. De Salomone dicitur 3. Reg. c. 4. quod *præcedebat Salomon ſapientia, ſapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum*, & ipſe de ſe dixit Eccl 1. *præceſſi ſapientiam omnium*, (alias *præceſſi omnes ſapientia*) *qui ante me fuerunt in*

Hie-

Hieruſalem &c. Audacter dico quod iſte praceſſit ſapientia omnes, qui fuerunt ante eum, immo & poſt eum in Vniuerſitate iſta Pariſienſi. Et certe ſicut Salomon eruditus à iuuentute impletus eſt quaſi flumen ſapientia, ſic iſte à iuuentute, quia adhuc viginti ſex annorum legit Pariſijs ſententias, & honorem Doctoratus trigeſimo ætatis ſuæ anno recepit. Nec mirum, quia Magiſter noſter, qui eſt Chriſtus, antequam publicè doceret in mundo, voluit ſpectare. Meritò ergo Salamoni coæquatur, & ratio poteſt eſſe quia ſecundum Philoſophum 1. Metaphiſicæ ſignum ſapientiæ eſt poſſe docere, ideo ex doctrinæ eorum conformitate poſſumus ſapientiæ æqualitatem concludere in ambobus. Modo videtur mihi quod iſtorum doctrina habet quatuor conditiones conformes. Prima eſt, quod habet certitudinem exiſtentiæ, & veritatis. Secunda, pulchritudinem euidentiæ, & claritatis. Tertia: plenitudinem affluentiæ, & vtilitatis. Quarta: latitudinem continentiæ, & vniuerſitatis; eſt enim vera ſine contagio falſitatis, clara ſine tædio obſcuritatis, fructuoſa ſine vitio curioſitatis, copioſa ambitu ſuæ generalitatis &c. *& parum infra*. Patet quod doctrina iſtius habet certitudinem exiſtentiæ, & veritatis, vnde poteſt dici illud Ioannis 17. *Sermo tuus veritas eſt*. Hanc ergo *veritatem eme, & noli vendere ſapientiam*, ſicut dicitur Prouerb. 23. ſcilicet eam ſtudendo, in ea ſe fundent Doctores, qui eam docent, audiendo: Scholam, in quà docetur, frequentando: Ne ſis de numero illorum, quos Apoſtolus vocat ſuperſtitioſos, qui non vacabant ad alia, niſi audire, aut dicere aliquid noui Actorum 17. Hæc ergo doctrina, chariſſimi, non recedat ab ore, non recedat à corde, quia ipſam certè ſequens non deuias, ipſam cogitans non erras, ipſam tenens non corruis, ipſam loquens non mentiris, ipſam ſtudens ad veritatem peruenis. *Tenui ergo nec dimittam* Cantic. 3. ſapient. 8. Secundo dico quod habet hęc doctrina pulchritudinem

Digitized by Google

alias euidentiæ, eminentiæ, & claritatis, quia eſt clara ſine tædio obſcuritatis, clara enim inter omnes doctrinas iſta eſt magis clara. Quis enim habuit ſtylum ita clarum, vbi & cœteris res eſt de ſe ſummè obſcura, ipſe eam tradidit ita clarè, quod vix eſt aliquis ita rudis, quin eam intelligere poſſit? & certè non immerito, quia ſua ſapientia non fuit ſapientia huius mundi &c. *& poſt pauca*, & bene dixit ſol, quia ſicut ſol excedit ſtellas, quia eſt maioris ſplendoris in claritate, maioris feruoris in caliditate maioris valoris in fæcunditate, maioris dulcoris in ſuauitate, ſic omnes Doctores qui ſunt in Vniuerſitate iſta &c.

LAVS DEO

Immaculatę Virgini Deiparæ, & S. Thomæ Aquinati Eccleſiæ Doctori Angelico.

Digitized by Google

Digitized by Google